

*M. R. Jones*

CHARTA  
PASTORALIS  
NOTITIAM  
DIVINÆ GRATIÆ,  
BONITATIS  
AC  
MISERICORDIÆ,  
Pariterque nostrarum Calamita-  
tum atque infirmitatum  
renudans:



CHAPITRE  
DE LA  
MORT ET DE LA  
VIE  
DE LA  
CITÉ DE  
MONTREAL  
PAR  
M. DE LA PLOISSE  
MONTREAL  
1704

P  
Noti  
Bo

nostr  
In

A  
JOA

olim  
rum  
No

à TH

Equ  
lie  
Do  
&  
ni

T



CHARTA  
PASTORALIS  
Notitiam Divinæ Gratia,  
Bonitatis ac Misericordiæ,  
pariterque  
nostrarum Calamitatum atque  
Infirmitatum renudans:

*Hispanice conscripta*  
Ab Illustrissimo Domino  
JOANNE DE PALAFOX  
EIT MENDOZA,  
olim Episcopo Populi Angelo-  
rum, Mexicensi Archiepiscopo,  
Novæ Hispaniæ Pro-Rege,  
& Visitatore Generali:

*Latinitate donata*  
à THEOD. GRASVVINCKELIO  
Equite S. Marci, Toparcha Ho-  
liensi, Hollandiæ, West-Frisiæ  
Domanii Fiscique Advocato,  
& Cameræ Bipartitiæ pro Ordi-  
nibus Belgii fœderati Grapheo.

*Mechlinia,*  
Typis Ioannis Iaye. 1667.

---







CLARISSIMO,  
DOCTISSIMO,  
AMPLISSIMOQVE VIRO  
D.<sup>no</sup> MICHAËLI  
VANDEN BROECK

Juris Utriusque Doctori,  
In Collegio Roterodamensi  
Thalassiarchiæ

CONSILIARIO,

nec non

Juris Fiscii Advocato. &c.

*Avunculo suo Colendissimo.*

*Colendissime Avuncule.*



*Xcellentis Raraque  
Doctrinae Vir Theo-  
dorus Grafwincke-  
lius, dum vixit, S. ti  
Antici & Auratus Eques, Toparcha  
\* 3 Holi-*



## EPISTOLA

Holiensis, Hollandia, West-Frisia-  
que Fiscus Patronus, magnum illud  
Scientiarum lumen atque numen, se-  
ris posteris se se commendavit, ut in  
pluribus, sic & in hoc libello, quem,  
heu! jam fato proximus ex hispanico  
idiomate sua Latinitate donavit; quo  
sanè elegantissimo imo & pietissi-  
mo summa sua virtutis atque optimi  
Styli specimen reliquit, Christiana  
Doctrina veraque Pietatis radi-  
tot ac tantis jam operibus à se editis,  
magis ac magis hanc per Urbem,  
quin potius per Orbem, undique pro-  
cul dubio sparsurus: Hic est enim li-  
bellulus qui omnibus Divinae Gra-  
tiae Studiosis quaeque rutilans existere  
verè potest; ad quam moralis &  
mortalis vitae ratem dirigere securum  
erit. Fœlicem me! cujus precibus id  
concessit, nec minus consensit, ut tam-  
quam

DI  
quam  
benefici  
ejusmodi  
istius  
Opus h  
gratissi  
jori cu  
avidiu  
tur, qu  
sub cuj  
videren  
cer  
us qu  
judicen  
suet a  
Opusca  
at arg  
Illust  
tiaris,  
Theo



## DEDICATORIA.

quam meum bono publico typorum  
beneficio vulgare possem. Ne ergo  
ejusmodi favore paternoque æterni  
istius Viri amore indignus videar  
Opus hoc modo posthumum in lucem  
gratissimus emitto. Verum ut ma-  
jori cum splendore prodiret, atque  
avidius multorum manibus terere-  
tur, quærendus mihi Patronus fuit,  
sub cujus Nominis tutela (ne solum  
videret solem) libentius publicam lu-  
cernæ cerneret: Et cum in nullius me-  
ius quàm tuas manus incidere posse  
judicem, quadam fiducia tua de con-  
suetâ benevolentia concepta, hocce  
Opusculum, mole quidem exiguum,  
at argumenti nobilitate maximum  
Illustri Nomini tuo dedico. Pa-  
tiaris, queso, nunc hanc quoque  
Theologiam, ut nuper Meam

\*4

Philo-



EPISTOLA DEDICAT.

*Philosophiam, tuis aris Sacram  
esse; quibus & meipsum consecro.*

Colendissime Avuncule

*Tuum totis animi viribus  
dicatissimum Nepotem*

MELCHIOREM GAILLIART.

Mechliniæ 1. Octobris.

1667.

ME

E  
du  
Theodo  
ret Re  
calibu  
lucubr  
ingens  
torum  
vix eff  
interju  
vix eff  
Num  
jussus  
paraly  
magn  
dentia  
quibu  
dotes  
Scien



MELCHIOR GAILLIART

LECTORI S.

**E**N tibi, Lector qui pietate  
duceris, Celeberrimi Viri  
*Theodori Graſwinckelii*, dum vive-  
ret Reipublicæ Bataviæ à Fif-  
calibus cognituris, poſtremam  
lucubratiunculam, quam, dum  
ingens opus Juris publici mul-  
torum ab ipſo annorum ſpatio  
vix effectum urget ad metam,  
interjungendo paucis diebus  
vix effudit, quum à Supremo  
Numine de ſtatione diſcedere  
juſſus hic pronuper violentâ  
paralyſi extinctus eſt, non ſine  
magna Sublimioris Jurispru-  
dentia jactura, & luctu eorum,  
quibus perſpectæ erant rare viri  
dotes, linguarum complurium,  
Scientiarum ferè cunctarum

\* S

ex-



exacta cognitio, Humanitas,  
candor animi, fides, ingenuitas  
summa, ingenii supra vulgus  
erecti ignea vivacitas cum per-  
spicacitate iudicii. Foetum hunc  
tenellum & adhuc rubicundu-  
lum mei juris fecit, quo ex ani-  
mi sententia de illo statuerem,  
promendusne an verò premen-  
dus esset. Ego verò per me  
stare nolui, quo minus scriptum  
tam culti sermonis, & præser-  
tim tam utilis argumenti, quod  
que nostrum nobis **NIHIL**  
tam dilucidè ob oculis ponit, li-  
berrimâ ex Authoris elegantif-  
simi non minus quam sanctissi-  
mi prototypo (in quo ille non  
minus sibimet antea indulserat)  
& nequaquam anxiam interpre-  
tatione, in manus omnium per-  
veniret, ne solus istam gemmam  
fru-

fruerer.  
Scholar  
ingratu  
co. Sit  
tum Gr  
& aliis  
bus elu  
Viri, q  
paterna  
plexus  
tionis.  
tiae op  
addisco  
Gratia  
letema  
Octob  

---

c10.



fruerer, aut Gratia Divinae  
Scholam gratis mihi traditam  
ingratus ipse inviderem publi-  
co. Sit hoc itidem Monumen-  
tum *Graswinckeliana* pietatis, quae  
& aliis ejusmodi comentationi-  
bus eluxit, & meae erga optimi  
Viri, qui me vivus fraterno, ne  
paterno dicam, amore com-  
plexus est, memoriam venera-  
tionis. Vale Lector & Gra-  
tia opem, necessitudinemque  
addiscere ne gravare in hocce  
Gratiarum digitis exarato me-  
letemate. Mechlinae ipsis Kal:  
Octobris, Anno Servatoris  

---

c10. 100. LXVII.

In



IN  
CHARTAM  
PASTORALEM  
SIVE

Libellum Posthumum

ex Hispanico idiomate  
Latinitate donatum

per  
Amplissimum DD.

THEODORUM  
GRASWINCKELIUM.

**Q**uidquid alit tellus, quidquid  
mare continet, illis

Descripfit calamo propria jura suo.

Civiles genio pandens interprete,  
leges,

Implicitos solvit, juris ubique  
locos.

His levibus nunc lassâ bonis mens  
ardua quidquid

Futi-

Futil

Scandit

Neg

Alta doc

Nun

Gratia

Qua

Quantu

Et q

Infinita

Men



Futile mundus habet, spreuit, in  
alta volans.

Scandit in aethereos, renovatâ men-  
te, recessus  
Neglectisque bonis corporis, alta  
docet.

Alta docet: nam prima fuit tunc cu-  
ra caduci,

Nunc animæ curas hæc pia Char-  
ta docet.

Gratia quanta fuit generi concessa  
caduco,

Quæque Dei Bonitas, parvula  
Charta docet.

Quantula sit virtus, hominisque po-  
tentia quàm nil-

Et quàm sit miserâ conditione  
satus.

Infinita Dei est Bonitas, Clementia  
summa;

Mensurâ ac numero Gratia Dia  
caret

Viliis



*Vilis humus; mortalis homo, est sine  
viribus infans*

*Vas ærumnarum theca repleta  
malis*

*Gratia, amor, Bonitas, clementia  
summa, Dei sunt:*

*Sunt hominis labe, crimina, cul-  
pa, scelus.*

*Conscia peccati si mens turbata gra-  
vetur,*

*Antidotum præsens, hæc, tibi  
Charta dabit.*

*Amicus Amico veteri litavit  
J. V. M. D.*



IN  
CHARTAM  
PASTORALEM  
Notitiam Divinae Gratiae &  
nostrarum calamitatum  
renudantem

Libellum Posthumum

Ex Hispanico  
Latino sermone redditum

Ab

ILLVSTRISSIMO,  
CLARISSIMO,  
DOCTISSIMOCQUE VIRO

D. THEOD. GRASVVINCKEL

XOKIV EQVITE,

Toparcha Holyaci &c.

Fisci (dum viveret) Hollandiae

Advocato, Camerae Bipar-

titiae Graphiario &c.

**P**erlegit hunc, insigne decus,  
quicumque libellum,

Nul-



Nulla profana pius, sed Theo-  
dora videt;  
Cernit &, ut duplices tendens ad  
sidera palmas.  
Porriget injustus Justus ad astra  
preces.  
Sic patet insuetum limen: sic itur ad  
astra,  
Non Divum incessu, sed per Eöa  
precum.

**JACOB: VINCK.**

Notitia  
tatis  
nostri  
Infr




Te, co  
Mariâ,  
niâ, co  
be, con  
tus qu  
rem de  
mentis  
riis, an



I  
CHARTA  
PASTORALIS

*Notitiam Divinae Gratiae, Boni-  
tatis ac Misericordiae, pariterque  
nostrarum Calamitatum atque  
Infirmi-  
tatum renudans.*

I.  
Terne Pater,  
JESU Salvator  
meus Spiritus  
Sancte, confi-  
teor & coram  
Te, coram Beatissimâ Virgine  
Mariâ, coram Coelesti totâ Cu-  
riâ, coram toto Terrarum Or-  
be, confiteri subigor, me, quan-  
tus quantus sum, esse peccato-  
rem deperditissimum, inquina-  
mentis oppletissimum & mise-  
riis, animi prorsus omni vigore  
A desti-



2 *Notitia Divinae Gratia,*  
destitutum, nullis præditum vi-  
ribus, nullo bonæ voluntatis  
rective spiritus suffultum mu-  
nimine, luminibus captum, in-  
tellectu carentem; idque eo et-  
jam usque, ut, quantumcunque,  
quæ mihi nimia sibi tribuentis  
de se præsumentis naturæ meæ  
potestas sibi facultatis esse opi-  
natur, omniâ congestum ire  
velit, quo sua agnoscat debita,  
suis ipsa necessitatibus succur-  
rat, crimina sua eluat, transgres-  
siones agnoscat, Te adoret,  
tuam imploret Misericordiam,  
sit id omne nihil, nec vel ad mi-  
nimos obligationum quibus  
Tibi adstrictus attineor, dissol-  
vendos nexus sufficiens: ni-  
quid Tu, Magne Deus, præsens  
adsis mihi, nisi id ut valeam, ut  
possim

Et  
possim  
conce  
Dom  
tuâ, r  
valere  
sidera  
mare,  
do de  
clivi  
meme  
miseri  
lumin  
adigat  
lectar  
bent a  
quoq  
amare  
meam  
que T  
Comi  
demq



*& nostrarum Calamitatum.* 3  
possim Tibi id effectum dare,  
concedas. Mea unius ope, mi  
Domine, mi Salvator, absque  
tuâ, nec scire, nec posse, nec  
valere, nec perquirere, nec de-  
siderando appetere, nec æsti-  
mare, nec in effectum operan-  
do deducere quippiam in pro-  
clivi est, quod non ilicet  
memet ipsum damnis maectet,  
miseriis involvat, animi  
luminibus privet, quin &  
adigat non modò non inde-  
lectari ad illa quæ me malè ha-  
bent ac premunt; sed errores  
quoque meos, calamitates meas  
amare, ipsamque captivitatem  
meam habere in deliciis. Abs-  
que Te, æterno mihi Duce,  
Comite itineris fidissimo, eo-  
demque Assertore Potentissi-  
mo,



4 *Notitia Divina Gratia,*  
mo, nec gradum quidem pro-  
moveam, qui non me ad præ-  
cipitia provehat, ad ima detur-  
bandum. Ne defensionem quid-  
dem meam accingor tuto, me-  
met ipsum etiam dum id ago  
convulnero. Si qua pugno; ir-  
ruo mihi & in certam mortem.  
Absque Te Creator meus, nihil  
conari, nihil aggredi possum,  
quod non illicet præsentaneum  
mihi adferat exitium.

II.

Vertat se in quascunque vo-  
let facies humana prudentia,  
spissentur glomeratim omnia  
omnium consilia: non effece-  
rint, ut non annuente miseri-  
cordiæ tuæ beneplacito, recti  
quippiam à me fiat; omnes  
meæ in id curæ, conatus om-  
nes,

nes,  
deco  
cupen  
meis  
sævior  
perac  
delan  
ponfa  
tentif  
tissim  
Sapie  
nitati  
lucea  
nefic  
spicia  
mitat  
do,  
Mise  
me al  
fodes  
rump



*De nostrarum Calamitatum.* 5  
nes, frustra sint; eam quæ mihi  
decollavit, libertatem non re-  
cuperavero. Si quod malis  
meis levamen requiro, in me  
sævio, vulneribus vulnera su-  
peraddo, si quam morbis me-  
delam paro, simul omnia res-  
pondant. Te igitur omnipo-  
tentissimum Servatorem, aman-  
tissimum Patrem, Medicum  
Sapientissimum rogo, ut bo-  
nitatis tuæ radios propitius al-  
luceas, quo tanti luminis be-  
neficio clarè dignoscam, per-  
spiciam, quæ quantaque cala-  
mitatum mearum sit magnitu-  
do, nec non quæ ac quanta sit  
Misericordia tua, quidquid in  
me abnorme est, id bonitas tua,  
fodes, in melius refingat: dis-  
rumpe, fodes, vincula mea bra-



*Notitia Divina Gratia,*  
chio forti: incubantem mihi  
caliginem dissipet lumen tuum;  
idem in recta tendenti, viam  
emuniat, deducat, vegetet, per-  
severare jubeat. Ille comprimis  
qui Tibi nostri est amor, de-  
perditæ me libertati meæ post-  
liminio reddat: doceat, illam  
numquam deteriori carcere te-  
neri, quam cum se sibi permit-  
tit, numquam latius regnare,  
quam cum Gratia Vestrae mo-  
deramini transcripta, totam se  
Tibi substernit.

### III.

Non sponte bonus qui sum,  
talis ut evadam, necesse est, ut  
me gratia tua præveniat, vocet,  
hortetur, excitet, comitetur,  
penetret, impleat, etiam armet  
in me ipsum, armatum tueatur,  
&

*Gr:*  
& pe  
stratis  
met ip  
& tam  
dat. M  
meus,  
anima  
robor  
ribus  
nixa c  
Super  
tua su  
nostra  
renis,  
tos)an  
suppe  
intent  
Omni  
quidq  
peto,  
sui pri



*Et nostrarum Calamitatum. 7*

& pessumdatis denique pro-  
stratisque noxis meis, etiam me  
met ipsum è memet ipso exigat,  
& tamquam è domo foras tru-  
dat. Necessè est, ô Redemptor  
meus, ut tua clementia sit vita  
animæ meæ, ut conatus meos  
roboret, ut suis flammatis calo-  
ribus fortiter eniti posse in ob-  
nixa concedat; ut quatenus ad  
Superna & Cœlestia (qualia  
tua sunt omnia, dum nos caro  
nostra depressos habet, & ter-  
renis, tamquam glebæ adscrip-  
tos) anhelant; sanctis identidem  
suppetiis suffulciat, in unum id  
intentos, assiduo promoveat.  
Omnino, Bone Deus est, ut  
quidquid ago, quidquid votis  
peto, ad gratiam tuam, omne  
sui principium, omnem exitum

A 4.

re-



§ *Notitia Divina Gratia,*  
referam. Si quæ recta cogita-  
turus, dicturus, facturusive sum;  
non habeo unde aliundè accer-  
sam. At enimverò superest &  
hoc, ut quando per tuam illam  
gratiam tantorum beneficio-  
rum factus sum compos, acce-  
dat & altera, cujus ope Tibi  
pro collatis in me benefactis  
gratias agere atque habere  
possim.

#### IV.

Mi Deus qui ipse totus amor  
es & charitas; agis Tu quidem  
in nobis, at nos nisi contra Te  
non agimus; totum Tibi debe-  
tur quod ministeriis tuis impe-  
ndimus. Velis, esto, operari  
& nos, erit id omnè, ni quid  
tua gratia nos prævenerit, nulli-  
us momenti. A Te speranda  
nobis

Et n  
nobis  
postula  
metipso  
averter  
deriis r  
mine,  
quibus  
dium  
emollie  
se Tibi  
quæcum  
lere, qu

Qu  
mi De  
gratia  
agere v  
mus, &  
uni a  
quantu  
utpote



*Et nostrarum Calamitatum.* 9  
nobis est salus nostra, à Te  
postulanda. Cogimur nobis-  
metipsis diffidere, ac nec minus  
avertere nos & auferre à desi-  
deriis nostris. Scindat, ô Do-  
mine, jubar lucis tuæ tenebras  
quibus circumfundimur; cor-  
dium nostrorum pervicaciam  
emolliendo retunde: sentiant  
se Tibi subdita, Te contra se  
quæcunque ausa fuerunt attol-  
lere, quæ contra niti.

V.

Quæ totius Ecclesiæ tuæ,  
mi Deus, est fides, credo, à  
gratia tua proficisci, & quod  
agere velimus, & quod possi-  
mus, & quod agamus, ei que  
uni acceptum id quantum  
quantum est, debere nos ferre:  
utpote qui in Te vivimus, mo-

A 5

ve-



10 *Notitia Divinae Gratiae,*  
vemur & sumus. Ipsa est quæ  
nos applicat bonis, in quibus  
elaborandis occupamur, quæ-  
que (tuæ quæ bonitati, benefi-  
centiæ comes) media nobis  
sufficit, per quæ tibi serviamus;  
blanda eorum omnium crea-  
trix, per quæ nostra se ministe-  
ria Tibi nuncupant. Hinc mihi  
(certum est ita credere) acce-  
dente Misericordia tua, pri-  
mi motus, quibus ad ea quæ  
recta sunt, facienda impellen-  
tibus, excita è veterno suo vo-  
luntas nostra, quidquid id est,  
quod in nobis nostri est arbi-  
trii, benigne sibi subjicit, cui  
etiam nihil abradit, dum para-  
riam sibi habet sanctimoniam  
talem, quæ alia non possit esse  
quam ipsi Deo acceptissima.

Ex

*& n*  
Ex ad  
raptari  
circum  
quidem  
Rebus  
est on  
Tibi cu  
berè ag  
servam  
quoties  
quoties  
Tu, ó  
rectè à  
cis: Tu  
perduc  
illum i  
primus  
comma  
da, se c  
mihi,  
vestigio



*de nostrarum Calamitatum.* 11

Ex aduerso, libertas illa, quæ raptari se à vitiis, & in gyrum circummagi patitur, ne nomen quidem meretur libertatis. Rebus factisque ipsis seruitus est omnium inominatissima. Tibi cum seruo, mi Deus, liberè ago; latè regno: ex libera servam se anima mea facit, quoties in peccatum se induit, quoties illius se iugo submittit. Tu, ô Deus meus! iis quæ rectè à me fiunt, principium facis: Tu das à medio ad finem perducere: Tu gressus meos illum in modum componis, ut primum ad ea quæ boni sunt commatis, rimanda, vestiganda, se comparent. Hoc agenti mihi, Tu facis ut eorum quæ vestigo, nulla me fallant seseve

Ex

A 6

ocu-



12. *Notitia Divina Gratia,*  
oculis nostris aut subducant  
aut eripiant. Hac in re ea quam  
Tibi præsto. ( si quam modò  
præsto ) obedientia Tibi qui  
me tamquam instrumento Te-  
cum sub Te agente uteris,  
præstatur quatenus præstatur:  
Tuæ in omnibus istis est gra-  
tiæ, cum revera is sis , qui agas  
ipsemet ea quibus operam me-  
am impendere me voluisti, po-  
tuisse præstari præstes : neque  
enim debilis, infirma voluntas  
mea, absque talis gratiæ ope,  
vel minima in actum deducere,  
nedum perficere potuisset. *Sine*  
*me facere nihil potestis,* Tui oris est  
effatum. Sola atque unica Tua  
gratia , quæ suavi in animos  
illapsu assensum nostrum sua-  
dendo trahit, inspirat quæ sunt  
op-

Optim  
ne fo  
statim  
offen  
sibi  
illam  
mus  
Absc  
choa  
dis p

F  
sit pe  
grati  
mus  
cam  
quæ  
fice,  
non  
sub  
illun



*De nostrarum Calamitarum.* 13

optima, quæ inspiravit benignè fovet, promovet & ab ipso statim principio, tramite inoffenso cuncta ad finem, quem sibi proposuit, deducit. Per illam denique est quod possumus, & quidquid possumus. Absque illa neque & ullis inchoandis, tractandis, absolvendis pares simus futuri.

V I.

Fac, Domine, notum nobis sit perspectumque, quantopere gratiâ ac bonitate tuâ indigemus; idque ut non modò noscamus, sed & agnoscamus quàm seriò, quàm attentè. Effice, Domine Deus, nobis ut non minus clareat, quàm si sub tactum veniret, Te unicum illum esse, cui sese totum debe-

A7

at,



14 *Notitia Divinae Gratiae,*  
at, quidquid in nobis usquam  
est boni, utpote qui felicitatis  
nostræ sis principium; cuiusque  
gratia in nobis recti quidquid  
est, consummet: cuius se bene-  
ficentiæ imputet, quicquid in  
nobis est genuinæ cordatæve  
virtutis: à cuius lumine, si quid  
in nobis lucet, lumen suum  
mutuatur, qui vitalis ille sis Spi-  
ritus, quem animæ nostræ tra-  
hunt, quæ se misericordiâ Tuâ  
identidem coronari, lætæ ag-  
noscunt, quâ Tibi Tuum quo-  
que remunerandi largus, faven-  
tiam explicans, & in illis Justi-  
tiæ tuæ locum esse vis, quæ  
gratiæ tuæ, id nec meritis,  
blandum adspirans favor, dedit  
facere ut possemus. Id si qua  
Tibi se probare Tibi placere  
eva-

*Et n*  
evaluit  
ut asse  
Tui g  
nobis,  
sit nef  
circa  
Da e  
mus, e  
isti in  
& ad  
trutin  
sint il  
deferr  
Grati  
partiri  
indefe  
petam  
quant  
tur, q  
cunqu  
agnof



*De nostrarum Calamitarum.* 15  
evaluit; da nobis Domine, toto  
ut asse deferamus ad Nominis  
Tui gloriam. Absit, absit à  
nobis, quinimò sit sacrilegium,  
sit nefas, gloriæ Tuæ quippiam  
circa illam detractum velle.  
Da examussum ut perpenda-  
mus, quanta à nobis debeantur  
isti infinitæ tuæ bonitati, tum  
& ad Te ritè rectèque librata  
trutinemus æstimia, quanta  
sint illa, que nos æquum sit  
deferre inexhaustæ charitati  
Gratiæ illius, quam nobis im-  
partiris; largire ut illam nobis  
indefessi, citra intermissionem  
petamus. Velis nosse nos  
quanta nobis ab illa conferan-  
tur, qui nos in prolapsus quof-  
cunque nimium quam faciles  
agnoscimus. Gratiam tuam  
in-



16 *Notitia Divina Gratia,*  
indeptis, pressum illam ut strin-  
gamus largire, da in illius vesti-  
giis vestigia defigere, da sequi,  
da assequi, da tenere, fac præ-  
euntem usque dum sequamur,  
quò tantâ nobis Duce & Auf-  
pice, fœliciter demùm omnia  
illa absolvamus, exequamur,  
Summo quæ nomini tuo à no-  
bis, dum vivimus, debentur.

VII.

Summe Deus, es Tu quidem  
dignissimus, quem supplices  
veneremur, est interim tantus  
stupor meus, ut ni quid Tua  
me Gratia præveniat, infinitæ  
bonitati Tuæ devenerandæ ne-  
quaquam par sim. Is es, quem  
immenso, inexhausto amore  
prosequi me deceret; at nisi  
quid Te cordibus nostris be-  
nig-

*E m*  
nignio  
quoque  
mâ li  
fit. H  
nino  
ago m  
bus in  
nec ag  
miseri  
geret,  
aucto  
agente  
charit  
potior  
nobis  
um, m  
& Sol  
indige  
curris  
Tu ro  
ad me



*de nostrarum Calamitatum.* 17

nignior admoveris, nec tantam quoque charitatem, vel extremâ lineâ amare, nobis in manu sit. Hic ergo viribus meis omnino diffusus ago tamen, sed ago misericordia tua, tuis viribus indubitatus. Quin imo nec agerem, nisi quid Tua me misericordia in justas vires erigeret, ipsa & audendi & agendi auctor mihi certissima: nisi Tua agentem Bonitas sustentaret, charitas in ulteriora, majora, potiora promoveret. Planè nobis fiducia nostræ principium, medium, finis in Te Uno & Solo. Tu Domine JESU. indigentia nostræ opifer succurris; Tu dubia mea elucidas, Tu robur asseris, Tu cursum ad metam duras, Tu à decurso  
feli-



18 *Notitia Divinae Gratia,*  
feliciter stadio reducem coro-  
nas, Tu bonorum tuorum lar-  
go torrente inundas. Malorum  
expertem præstas. Tu thesau-  
rus meus es & thesauri mei fi-  
delis depositarius: in Te Uno  
unà cum gloriæ meæ objecto  
tota se mea asservat gloria; Tu  
mihi hæreditas & hæreditatis  
meæ justissima possessio: Tu  
tutor meus; penes eundem Te  
tutela est nostri. In Te robur  
meum, sed & victoria, & pax.  
Egregiusque animi fortunatus-  
que laborum, Te me prote-  
gente, ferio, vinco, triumpho:  
& dum Tu mihi Deus es, &  
Omnia, summi, per Te, boni,  
sincerè compos evado.

VIII.

Opus animæ meæ est in Te,  
mi

*Et no*  
mi Do  
modò  
um, se  
retur,  
quicqu  
myriac  
quæ n  
Tu, D  
dis pe  
fruenc  
adeo  
facis.  
lo, to  
& q  
Hæc  
posse  
danni  
incub  
lamit  
Con  
to c



*Et nostrarum Calamitatum.* 19  
mi Domine, ut quærat non  
modò quicquid est necessari-  
um, sed & amari quicquid me-  
retur, quicquid decorum est,  
quicquid sanctum, perfectum;  
myriades denique bonorum,  
quæ nec ipsa capit; dum tamen  
Tu, Deus meus, capacem red-  
dis percipiendorum talium, &  
fruendorum pro voto, atque  
adeoque supra votum copiam  
facis. Undenam, nisi à Te so-  
lo, tot ac tanta obveniant, quot  
& quanta à Te offeruntur?  
Hæc eadem aliundè haberi  
posse si quid speret, est actutum  
damnis ut mulctetur & per  
incubantes quaquaversum ca-  
lamitates evadat miserrima.  
Consultissimum est ipsi, quan-  
to ocius vitæ hujus quæ du-  
cun-



20 *Notitia Divina Gratia,*  
cuntur commoda repudiare:  
neque enim est, ab iis quod  
præter carceres expectet, &  
injecta collo brachia libero; &  
ab istis, ad æterna tendenti, iter  
obseptum, impervium. Vide-  
antur esse quid illa; non sunt  
tamen; suis imaginibus ludunt,  
pelliciunt, fallunt, in obscura &  
tunc desinunt, cum pellucet:  
nisi Te habeant pararium, fe-  
runt in sinu mortem, & à mor-  
te, condemnationem æternam.  
Est & ipsis in crimen, placere  
potuisse; nec leve illud; sed  
quod æternis pæne meritis, sic  
bene plectendos involvat: uni-  
cum quod est animæ meæ desi-  
derandum est, quodque ipsa  
desiderare, Tui tradux, abs Te,  
non sine ullo profus miseri-  
cor-

cordia  
citi T  
in æte  
ut Ti  
apud  
digne  
Tuar  
gire h  
nus, l  
ut po

O  
Sanct  
Deus  
ipsa  
Te,  
deran  
meo  
nuaf  
ant,  
parit



*De nostrarum Calamitatum.* 21  
cordiæ ac sacrosancti beneplaciti Tui jure possit, est ut liceat in æternum frui Te Deo suo, ut Tibi famulari, ut supplicibus apud Te votis pervincere, ut digneris totam illam habere & Tuam, & Tibi: in vicem (largire hoc voventis tenuitati, bonus, largire sorti paupertinæ) Te ut possideat, Te teneat suum.

I X.

O Fortis, ô Omnipotens, ô Sancte, ô Juste, ô Misericors Deus! ut ne quidem hæc ea ipsa desiderare possem absque Te, ni quid primus hæc desiderandi scaturiginem animo meo insinuatam voluisses; insinuasses! Nosse undè ea ebulliant, nihil mihi profuerit, nisi pariter sit notissimum, eam à  
Te



22 *Notitia Divina Gratia,*  
Te promanare. Hoc ipsum  
nec mihi possibile, non agnos-  
centi, quicquid hoc est lucis à  
Te affundi. Hanc si quà tollis,  
tenebras in palpabiles, ac vel  
ipsis Ægyptiis spissiores pro-  
trudor: longé fit, ut mihi aut  
unquam, aut ulla lux veritatis  
alluceat. Deliriorum meorum  
ludibria, pro luce amplector,  
iis tamquam veris, ac vel ipso  
vero verioribus irruo: tueor  
quæ directe sunt falsa: hæreo  
nisi quid Tu mihi divortia falsi  
à verosimili, verosimilis à vero  
ad oculum demonstras, & ad  
tactum nisi per Te demonstra-  
ta, concedas damnare posse  
tamquam abeuntia à vero. Est  
adeoque in his deliquium max-  
imum, quæ mihi ratio mea vel  
ulla,

& n  
ulla,  
nequ  
men  
ut ut  
subac  
quid  
cioqu  
nandi  
tiaris.  
ma co  
lecun  
Profl  
agno  
agene  
hoc.  
gitam  
nobis  
omne  
dedu  
provo  
per



*& nostrarum Calamitatum. 23*  
ulla, vel ullatenus sugesserit:  
neque etiam sese ullum acu-  
men mentis ut ut perspicacis,  
ut ut castigatissima per judicia  
subactæ, in illa penetraverit; ni-  
quid vices meæ Tu menti judi-  
cioque, his talibus discrimi-  
nandis quæ sufficient, impar-  
tiaris. Ut ut vel optima maxi-  
ma concesseris; vires ac manus  
secundas omnia requirunt.  
Profluunt à Te: supplex id  
agnosco; vis ut quæ cogito,  
agendo spectentur; agnosco &  
hoc. Illud ipsum quod & co-  
gitamus, quodque cogitatum  
nobis in actum deducimus,  
omne Tui est muneris. Quod  
deducantur in actum, quod  
provehantur in majus, quod  
per numeros gradusque suos  
assur-



24 *Notitia Divinae Gratiae,*  
assurgant, absolvantur; est id  
omne itidem Tuum, est mune-  
ris Tui. Dicam majus: cum  
illis, miserrimus, contra obni-  
tor, obstrigillare me, recalcitra-  
re contra stimulum ulterius  
me non pateris: venis contra  
me ipsum in tutelam mei.

X.

Miserationum plenam hanc  
Gratiam Tuam, mi Deus, lau-  
do, Bonitatem Tuam laudo  
quaquaversum beneficam, qui  
me deploro non minus quam  
Parentes plorarem, aut quos  
inopina mihi mors eripuerit  
necessarios. Quid enim? sunt  
mihi, ab ipsis statim natalibus,  
defectæ vires; eæ quo defectio-  
res forent, accessit ipsis pænæ  
in cumulum quod contra Te,  
Deum

*Et no*  
Deum  
Te imp  
dant,  
quod  
cum n  
suum q  
quod s  
unum  
Gratiæ  
est, ô S  
quod s  
crimina  
comita  
Undè v  
nisi à T  
Tua F  
guis, T  
sunt q  
runt, qu  
næ add  
Ecquis



*Et nostrarum Calamitatum. 25*

Deum suum validæ consistant,  
Te impetant, offendant, læ-  
dant, hoc uno quippe fortes,  
quod se auferant à Deo suo,  
cum nec ipsæ quid habeant  
suum quod dicant, aut jure sui  
quod sibi vindicent, præter id  
unum quod infinitæ, ineffabili  
Gratiæ Tuæ debent. Ecquid  
est, ô Supreme Deus, nostrum  
quod sit præter noxas, præter  
crimina, & illas quas secum in-  
comitatum trahunt, miseras?  
Undè virium quippiam nobis,  
nisi à Te uno suppetat? Illa, illa  
Tua Bonitas, Tuus ille San-  
guis, Tua Merita, Tua Crux,  
sunt quæ vitam nobis dede-  
runt, quæ morti jam nunc æter-  
næ addictam, fecerunt vitalem.  
Ecquis amabo, fuerit, qui Tuo

B

abs-



26 *Notitia Divina Gratia,*  
absque beneficio, vel Nomen  
Tuum ô JESU evaleat fan-  
do proferre? Eritne ergò dig-  
nè ei ut inserviam, cujus neque  
Nomen efferre possum ipse,  
ut ut quam maximè velim?  
Agnosco Te bonorum meo-  
rum scaturiginem, mi Domine.  
Ita est; est suum ab haustu fri-  
gidæ, fauces urenti siti leva-  
mentum: non est calamitatibus  
nostris aliundè quam à Te  
uno medela.

### XI.

Miserere, ô Domine nostri,  
miserere nostri, fiat misericor-  
dia Tua ô Domine super nos,  
tangat Te inopia nostra, de-  
fectos miserere, nolis latere  
nobis, quid animo præsumere  
debeamus; quid factis expri-  
me-

¶  
mere.  
quod  
perii tu  
vemus  
affecti  
dumq  
quoqu  
ut plac  
rum a  
ipso su  
non p  
spiritu  
timus,  
orum n  
derium  
ventris  
tus con  
me, ¶  
nita n  
nos n  
Te no  
NON



*& nostrarum Calamitatum. 27*

mere. Da quod jubes, jube  
quod vis. Est quidem id im-  
perii tui ut continentes nos ser-  
vemus & castos, ac proindè  
affectibus nostris fræna mo-  
dumque ponamus; at doces  
quoque, Te ut rogemus, Tibi  
ut placeat quodcumque pravo-  
rum affectuum est, in Te me  
ipso sic constringere, ut ad nos  
non pertendant. Tuus iste  
spiritus est, quo instruente pe-  
timus, *Extollentiam oculorum me-  
orum ne dederis mihi, & omne desi-  
derium averte à me: aufer à me  
ventris concupiscentias, & concubi-  
tus concupiscentiæ non apprehendant  
me, & animæ irreverenti & infru-  
nita ne tradas me.* Novimus  
nos nec esse continentes posse,  
Te nobis negante continentia  
non

B 2 T sup do



28 *Notitia Divinae Gratia,*  
donum. Et nec est è muneribus Tuis postremum id ipsum, quod sciamus totum hoc à Te nobis dari. Hoc illud quippe est, quod accinctos nos reddit ad implorandam Gratiam tuam: hoc quod impetrabilem eam fore, nos jubet sperare. *Convertimini ad me,* dicitis, & *ego ad vos convertar.* Ecquo modo verò ad Te convertemur; si tua nos Gratia in antecessum blando lumine non aspexerit; & Te ad nos non jam ante converterit. XII.

Dicis, Domine, *Si volueris mandata servare, conservabunt te:* verum à tuo id edocti Spiritu, dicimus, servus ego Tuus sum, da mihi intellectum ut sciam testimonia Tua. Tu si eadem illa quæ Tibi dare teneor, non

& n  
dederis  
præter  
serias s  
Nolite p  
quibus  
ut prec  
intellect  
am, &  
de meo.  
nostru  
ferit, n  
reddam  
nostru  
sufficiat  
filiis,  
nisi Te  
nobis d  
laboran  
currat,  
noxas,  
nta sup



*& nostrarum Calamitatum. 29*  
dederis, ecquid mihi tandem  
præter noxas, calamitates mi-  
serias supererit? Præcipis Tu  
*Nolite fieri sicut equus & mulus in*  
*quibus non est intellectus: qui &*  
*ut precemur imperas, Da mihi*  
*intellectum, & scrutabor legem tu-*  
*am, & custodiam illam in toto cor-*  
*de meo.* Nisi quid tuo à lumine  
nostrum nobis lumen præces-  
ferit, nisi per Tuam Bonitatem  
reddamur boni; nisi robur  
nostrum à Tuo nobis robore  
sufficiatur, tuis regamur con-  
siliis, tuis firmemur auxiliis;  
nisi Te dirigente in recta eniti  
nobis detur, nisi tua denique  
laborantibus misericordia suc-  
currat, ecquid nobis præter  
noxas, præter inquiname-  
nta superabit, non jam mi-  
seris

B 3



30 *Notitia Divinae Gratiae,*  
feris modo & pollutis; sed vel  
ipsas miseras reddituris miseras,  
& quibus ad hoc ut perditissimi  
simus nihil fit reliquum?

### XIII.

Omne datum optimum, omne  
donum perfectum desursum  
est à Patre luminis, per quem  
id à Filio per Spiritum Sanctum  
in animas nostras communi-  
cando transmittitur. Ab hac  
aeternae bonitatis scaturigine,  
rivi, torrentes, tota gratiarum  
Maria, spissatis agminibus de-  
currunt. Quicquid aliundè ar-  
cessitur, nullius ponderis, mo-  
menti ac pretii est. Ecquid  
quod vel ulla bonitate se com-  
mendaturum sit, nobis homul-  
lis esse possit, quo Deum done-  
mus, quo Deus ipsos jam non  
ante donarit?

En

Ex  
perqui  
residu  
tibi in  
at pra  
jestate  
di. Pe  
torum  
Tibi c  
hic se  
praeter  
contra  
Vastae  
neris  
darum  
Sympl  
rerum  
hi, te  
jam m  
cem c



XIV.

Excutebam scrinia mea,  
perquisiturus num penes me  
residuum foret quippiam, quod  
tibi in munus possem offerre:  
at præter crimina quibus Ma-  
jestatem tuam læsi, nihil offen-  
di. Pervestigavi, ullone meri-  
torum meorum Tibi placere,  
Tibi conciliari possem? neque  
hic se quippiam mihi obtulit  
præter crimina, quibus iram  
contra me tuam concitavi.  
Vastæ sese omnium omnis ge-  
neris malorum scatebræ renu-  
darunt, vanitatum voragines,  
Symplegades errorum. Hoc  
rerum cardine (adfuiisti Tu mi-  
hi, tenebris tantis depresso &  
jam minimo minus obruto, lu-  
cem cujus ope me ipsum vide-  
rem,



32 *Notitia Divinae Gratia,*  
rem, me agnoscerem, intulisti)  
videntem tam inominata, tetra,  
indigna, non solum tua luce re-  
creasti, sed insuper quoque vo-  
luisti hinc tuæ luci calorem esse  
comitem, qui ferale hoc cordis  
mei frigus, potenter discuteret,  
qui me ad quærendum Te, bo-  
norum quippe omnium fon-  
tem, instigaret, impelleret &  
ad poscendam à Te uno tantis  
malis meis medelam stimularet.  
Hæc omnia ut ut ita sese habe-  
ant, video nihilo secius ac per-  
video hunc animi mei mor-  
bum, medicas non modo ma-  
nus adversari, & paranti mede-  
ri, responsari quàm fœdissimè,  
sed vel paratum sibi met ipsi ir-  
rūere, suis se damnis, miserum!  
involvere, à tua luce refugum,  
cer-

*Et nost*  
certam i  
sum m  
dare. I  
volunta  
contra  
Non qu  
sed que  
ago.  
memb  
gi ment  
me in le  
memb  
homo,  
pore m  
per Do  
Christu  
invicte  
phator  
Cruce  
afflixist  
subjecit



*Et nostrarum Calamitatum. 33*  
certam in perniciem, in abyf-  
fum malorum præcipitem se  
dare. Intus, in me, mea mihi  
voluntas repugnat, Tibi, & Te  
contra, obnixam se infert.  
Non quod volo, bonum facio,  
fed quod nolo, malum hoc  
ago. Video aliam legem in  
membris meis repugnantem le-  
gi mentis meæ, & captivantem  
me in lege peccati, quæ est in  
membris meis. Infoelix ego  
homo, quis me liberabit à cor-  
pore mortis hujus? *Gratia Dei*  
per Dominum nostrum Jesum  
Christum. Is Tu es Bellator  
invicte, Victor æterne, Trium-  
phator magnifice, qui tua in  
Cruce universum debellasti,  
afflixisti terræ, pedibus tuis  
subjecisti, Tu, qui media in  
B 5. mor-



34 *Notitia Divina Gratia,*  
morte, ipsam per mortem exi-  
visti, aternitati viam stravisti,  
aditum fecisti vitæ meliori. Tu,  
qui mediis in pœnis, ipsasque  
per pœnas, de peccatis, de pec-  
catorum meritis, de pœnis, sub-  
limem triumphum egisti. Ec-  
quod ullum robur tot simul  
malis extirpandis, excaudican-  
dis, evertendis suffecerit, præ-  
ter Tuum, ac Tui unius? Hac  
tuæ bonitatis luce, hoc tuorum  
radiatorum jubare è terribili hoc  
mendaciorum ac tenebrarum  
baratro, erutum me, ereptum-  
que velis ô Domine. Sunt mi-  
hi peccata mea, ô Domine,  
idem quod vallis mortis, quod  
Topheth quod Jehenna, educ  
me ex illa, da, sodes, da, bone,  
infausta hæc invisæ Babylonis  
ha-

Et nost  
habitacu  
vitate D  
am tuam  
sedem d  
ovicular  
am heu  
ime laq  
impedita  
excelsa  
pascua tr  
na trans  
rigat se  
quod ce  
submitte  
nignam  
manum  
pantur v  
des face  
Sic Deo  
mihi De  
feres, m



*De nostrarum Calamitatibus. 35*

habitu commutare cum Ci-  
vitate Dei, da mihi per Grati-  
am tuam, mansuram in illa  
sedem defigere. Misellam  
oviculam tuam, oviculam tu-  
am heu! malè perditam, ex-  
ime laqueis quibus attinetur  
impedita. Evehe illam in  
excelsa montium tuorum, in  
pascua tua beatæ stationis æter-  
na transfer Tibi assertam, por-  
rigat se ad infima terrarum,  
quod celso de Cœlo auxilium  
submittes, erit, erit, ut Te be-  
nignam quam clementissimè  
manum extendente disrum-  
pantur vincula nostra, compe-  
des faceffant, manicæ decidant.  
Sic Deo me reddes, Deus, sic  
mihi Deum, Deus restitues, as-  
feres, meum voles.

B6

Agnos-



Agnosco, Domine, dum  
impotentia nostrorum affectu-  
um nos permittimus, duram  
comprimis servitute servire.  
Sunt illi plus quam tyranni, et-  
feri, crudeles, superbi. Adeo  
quæ malè concupiscimus nos  
lancinant, diripiunt, agunt, fe-  
runt. Dum libertatem nobis  
nostram non adimunt nosque  
moribus nostris relinquunt, vel  
ultrò hoc agunt, ut usquedum  
in deteriora protrudant. Hinc  
videas in herba velut opprimi,  
si quæ mens ulla melioribus sese  
addere satagens, designet: in-  
surgentibus undecumque in  
eam excetris istis, & suffocare  
omnia, quæ à se abire vident,  
ac strausgulare annitentibus.  
Ani-

Anim  
duit,  
servit  
merit  
me &  
gema  
um v  
ditum  
ris  
ferrei  
spect  
gium  
peran  
tis. I  
habe  
simul  
fectib  
ubi r  
labor  
cessu  
suas,



*& nostrarum Calamitatum. 37*

Anima quæ in peccatum se induit, induit se quoque in illius servitutem. Hinc est quod & meritò ratio nostra, tam infame & dirum sub jugum missa, gemat ploretque. Qui se factum videt servum pænæ, qui deditum noxæ perpetuum carceris colonum vinculis clausum ferreis, omnia ut ut circumspicit, nullum malis suis effugium videt, nullam spem recuperandæ, quam amisit, libertatis. Eundem ad modum res se habet cum animâ nostrâ. Hæc simul atque admisit, pravis affectibus in se imperium ut esset, ubi modo qua sub tyrannide laboret, animadvertere ei concessum, ingemit ad calamitates suas, quiritatur, infrendet: sed

B 7

eheu!



38 *Notitia Divina Gratia,*  
eheu! clausa, obsepta, obval-  
lata videt omnia, videt pædoris,  
squalloſis, tenebrarum plena:  
illis se damnandum agnoſcit,  
ab omni lucis usura longè ha-  
benda, nisi quid ei ab æterna  
luce, nova lux affulgeat, nisi per  
ipſos quiritatus, planctus, plo-  
ratus, evinci se patiens Deus,  
esse illos ipſos exerendo suo  
robori velit jubeat ire in instru-  
mentum argumentumque cle-  
mentiaæ suæ; at comprimis im-  
mensæ illius misericordiaæ ac  
bonitatis, cujus radios per om-  
nia longè latèque dispargere  
tam solemne ei consuetumque;  
se lubens volensque ( ut qui ip-  
sa est bonitas & bonus totus)  
talem miseris afflictisque  
ostendit & præstat. *Opus*



XVI.

Opus redemptionis meæ quâ tantopere indigeo, ô omnipotens Redemptor meus, absolve: ut & ipse æterna cum Sanctis tuis in gloria numerari possim effice. Tu me deduc in sanctam & perfectam libertatem. Salvator meus cum sis, fac me saluum. Primus de me triumphas, quò tecum de suppressis ac pressis affectibus triumphem. Ubi me quoque per memet ipsum subegeris, assurge victor. Quoad me ô Domine, vince in bono malum. Fac ut ea quæ tota tua est bonitas, ipsis mihi fibris inhærens malum, exterminet. Te quò libere sequi valeam, libera me à me. Da nullum gemitibus modum, nullam  
lam



40 *Notitia Divina Gratia,*  
iam planctibus pausam, nullum  
clamoribus finem ut faciam,  
quoadusque non ero compos  
istius tuæ gratiæ, per quam ge-  
mo, per quam plango, & meis  
te clamoribus pulso, obtundo.  
Si quid ea mi Domine, preci-  
bus meis, quam esse deceret,  
foret assiduitas; si debitus ad te  
tendenti contentionis fervor, si  
indelassatum Te in meas partes  
trahendi foret studium; posses-  
ne Te gemitibus meis negare  
quos primus ipse in corde meo  
efformasti? si natos à me ge-  
mitus ad Te extruderem, ô  
quàm essent imbelles illi, quàm  
flaccidi, quàm pro murmuris  
sui tenuitate ad aures tuas per-  
tingere non valentes! Nunc  
quod plorem, suspirem, ge-  
mam,

*G*  
mam.  
inspir  
esse q  
effere  
dis, in  
aptur  
quo i  
dolere  
illach  
tamen  
diri n  
oppug  
me vit  
obsed  
per m  
ens &  
um m  
Bone  
ne Te  
subdu  
am eg



*Constraximus Calamitatum.* 41  
mam, per Te est, tuasque istas  
inspiraciones, quæ non desinunt  
esse quam optimæ, etiamsi iis  
efferendis, in actum deducen-  
dis, instrumentum ego sim nec  
aptum, nec bonum. Tu me,  
quo in lachrymas ire possim,  
dolere facis, & quamvis ego  
illachrymem quidem, totum  
tamen hoc Tibi debetur, me  
diri mala pectoris premunt,  
oppugnant. Circumdederunt  
me vituli multi, tauri pingues  
obsederunt me, aperuerunt su-  
per me os suum, sicut leo rugi-  
ens & rapiens. Deus in auxili-  
um meum intende, ne differ.  
Bone JESU, Salvator meus,  
ne Te à me averte, ne Te mihi  
subduc, ne fuge, quin confugi-  
am ego ad Te, cui tua unius  
gra-



42 *Notitia Divinae Gratia,*  
gratia dedit, ut essem à me ipso  
profugus. Servus Liberatorem,  
inops opem, ægrotus medicum  
peto. Habes in me Bartimæ-  
um tuum, J E S U Fili David  
miserere mei, Rabboni fac ut  
videam, cæcum esse ultra noli,  
noli miserum, noli calamito-  
sum: ereptumque vinculis ser-  
vitutis, benefica liberali manu  
tua, in liberratem me affere,  
meum esse jube.

XVII.

Absque Te mi Domine, fe-  
rali, & qui sensum mihi pror-  
sus omnem eripiat, lethargo  
premor; obruor malis nullum  
sui finem facturis. Illa dum aut  
omnino non sentio, at si quis  
se mihi sensus reddit qui ali-  
quam sentiendi facultatem mi-  
hi

Et no  
hi per  
quin a  
Nisi T  
novum  
visceri  
eor lap  
nisi do  
quam  
ves ad  
valebi  
tus, ve  
impul  
Te pri  
quam  
bimus  
meus,  
tibus  
pravis  
ut libe  
si veli  
lit. T



hi permittat; mora nulla in me  
quin addat se iis assensus meus.  
Nisi Tu Domine des mihi cor  
novum, nisi spiritum novum in  
visceribus nostris, nisi auferas  
cor lapideum de carne nostrâ,  
nisi dones cor carneum; nun-  
quam suavissimi tui amoris sua-  
ves ad nos affluxus admittere  
valebimus. Enthecos à Te mo-  
tus, veræ contritionis sanctos  
impulsus, charitatem tuam nisi  
Te prior nobis reddideris, nun-  
quam recipiemus aut recupera-  
bimus amissa. JESU Salvator  
meus, tot se vinculis, tamq; for-  
tibus nodis, ipsum se cor meum  
pravis adstrinxit cupidinibus,  
ut liberare, ut expedire se neque  
si velit, possit; nec si possit, ve-  
lit. Tu bone JESU, salutife-  
ram



44 *Notitia Divina Gratia,*  
ram meis malis manum nisi ad-  
moveris ; actum est de me.  
Quæ primum retia rara & à te-  
nuibus exorsa fuerant filamen-  
tis; excreverunt in camelos, in  
clathra, in non revellendos mi-  
hi compedes. Facti sunt è levi-  
culis, dolores nostri non ultrà  
tolerandi, lethales, tam multa  
illos comitantur Symptomata,  
tot infesta recursibus tantoque  
in vitalia nostra impetu ferun-  
tur, & desæviunt, ut præsentif-  
simo in discrimine & mortis &  
damnationis æternæ vita illa  
gratiæ quam animæ nostræ af-  
fudisti, versetur. Tu nisi salu-  
tiferam adhibueris manum, vi-  
vere desiit. At nec tua Te, mi  
Domine, medicum cœlestem  
cui juxta in promptu est refuf-  
ci-

*Et nos*  
citare j  
agone  
dota d  
ma me  
vitam C  
termina  
noxis n  
es, Tu  
potion  
alexiph  
um po  
Tu salu  
nitudin  
da perh  
deris,  
Ut mea  
tem in  
perfect  
rar per  
as meas  
miner,



*Et nostrarum Calamitatum.* 45  
citare jam functos, quam in  
agone laborantes curare, anti-  
dota destituunt. Debeat ani-  
ma mea Tibi redonatam sibi  
vitam Gratia à strangulatis, ex-  
terminatis, expiatis per illam,  
noxis meis. Tu medicus mihi  
es, Tu Panacæa: Tu lethiferæ  
potionis quam ingurgitaveram,  
alexipharmacum. Tu remedi-  
um potens, Tu vitæ meæ vita,  
Tu salus. Da mihi nosce mag-  
nitudinem malorum meorum,  
da perhorrescere. Hoc ni de-  
deris, nunquam id assequar.  
Ut meam ipse primus volunta-  
tem infesto prosequar odio,  
perfectum da: tuos in id ut fe-  
rar per adfluxus, impelle: nox-  
as meas, mea crimina ut abo-  
miner, ut detester, effice: re-  
jectis



46 *Notitia Divina Gratia,*  
jectis falsis, fac sequi veram, fac  
denique ut abdicatâ priore vi-  
tâ, illa inquam per concentu-  
riata omnium vitiorum & cri-  
minum agmina nimium quam  
gravi, exigam novam alteram  
Tibi se probaturam, placituram  
per dolores continuos com-  
punctionum, contritionumque  
in se usque recurrentium, in sua  
principia numquam non resol-  
vendum.

### XVIII.

Ita est mi Deus, nisi in me  
mutatio fiat dextræ Excelsi, ve-  
rè nunquam ad Te convertar,  
nisi Te convertas ad me, nec  
mihi ad Te me convertendi po-  
testas est. Ad aspectum tuum,  
egressus foras Petrus, flevit  
amarè. Dolores ipsi & lachry-  
mas,

*Et m*  
mas, t  
suffec  
Deus  
ad me  
Ut qu  
perdi  
tulisti  
defec  
posse  
fatiga  
curre  
serva  
mine  
quod  
spirac  
quod  
briun  
foliu  
oster  
stipu  
Rect



*Et nostrarum Calamitatum.* 47  
mas, tui dolores, tuæ lachrymæ  
suffecerunt. Ut Te respectem,  
Deus, me respice. Verte Te  
ad me, quò me vertam ad Te.  
Ut quid domine, oviculam de-  
perditam in humeros tuos sus-  
tulisti, nisi quod viribus esset  
defectis, Teque sequi minus  
posset. Non satis tibi fuit de-  
fatigatæ per longos errores suc-  
currere, nisi etiam medereris,  
servares. Quid me levius Do-  
mine! ne stipula quidem, &  
quod ad minima tenuis auræ  
spiracula contorquetur folium,  
quodque etiam ventulo ludi-  
brium fertur. Et tamen contra  
folium quod vento rapitur,  
ostendis potentiam tuam, &  
stipulam ficcam persequeris.  
Rectè agis. Omnino est, ut &  
in



48 *Notitia Divina Gratia,*  
in illo, summa tua se visendam  
det potentia. Validam tuam  
manum summa, quæ mihi est,  
debilitas requirit. Adeo quo-  
que ut me contra infirmissi-  
mum, sis fortissimus, necesse est.

XIX.

Per tuam Domine gratiam,  
qui absque eâ ne id quidem  
possem, Misericordiam tuam  
imploro, agnosco miseras me-  
as. Vulnere mea, tua vulnera  
contra pono: noxas meas, iis  
quas subiisti pœnis. *Ecce Homo.*  
Mortalem vides plagis unde-  
quaque sectum, confossum,  
confectum. Tu medere. Vi-  
des jam cassum lumine: Tu re-  
suscita. Vides prolapsam in  
crimina, jacentem attolle: vides  
confractum vasculum tuum,  
vides

*Et n*  
vides  
manib

Ut  
vidua  
meâ,  
confit  
quitar  
pletur  
jam tu  
lem h  
adhæf  
reddic  
me pr  
tiæ co  
tional  
lapsu  
non p  
tatem  
à crea  
ravit,



*Et nostrarum Calamitatum. 49*

vides me qui id. comminus fregi  
manibus his meis: Tu repara.

XX.

Ut ut renitente, (quæ indi-  
vidua mihi comes est) superbiâ  
meâ, fateri cogor, mi Domine,  
confiteri cogor esse me vas ini-  
quitas, immundum, vitiis re-  
pletum, & corruptelis. Fateor  
jam tum primâ ab origine fera-  
lem hujus inquinamenti labem  
adhæfisse, & justæ damnationi  
reddidisse obnoxium. Illa quâ  
me præditum tuum voluit gra-  
tiæ cœlestis beneplacitum, ra-  
tionalis anima, à tam vasto pro-  
lapsu tota infirma, & tantum  
non perdita, gratiæ tuæ liber-  
tatem suam debet. Ipsa, statim  
à creatione sui, sic se convulne-  
ravit, ut ad omne bonum inep-

C

ta,



50 *Notitia Divinae Gratia,*  
ta, infirma, non sit fortis, nisi  
ad malum. Nullam his mede-  
lam nisi in Te solo, mi bone  
JESU, invenio. Illam licet sa-  
cro Baptismi lavacro regenera-  
veris, pretiosissimi Sanguinis  
tui profluvio validè roborave-  
ris, Te tamen necesse est sibi  
incessanter ut habeat. Non  
minus quam vitalis vita nobis  
esse non potest, si cor non ha-  
beamus; etiam vita illa altera,  
quæ ad spiritualia per Te viam  
affectat, punctum se temporis  
tueri absque Te non evaleat;  
nulla absque Gratia tua mi  
Deus, qui unicus, qui uberri-  
mus gratiarum omnium fons  
es, etiam Gratia sit vita.

X X I.

Quantis, mi Deus, mihi pe-  
ricli-

Et  
riclita  
menti  
non,  
lere q  
num  
nam  
ipso fi  
cata n  
quàm  
rum d  
quod  
lapsus  
possum  
se pec  
absqu  
absqu  
susten  
ceo.  
surum  
quant  
verò,



*Et nostrarum Calamitatum.* §1  
riclitationibus, quantis experi-  
mentis constat, me nunquam  
non, cum vel me arrectum tol-  
lere quam maxime vellem, pro-  
num cecidisse, quantis, in rui-  
nam mihi fuisse nimiam de me  
ipso fiduciam. Nunquam pec-  
cata mihi exeundi potestas fuit,  
quàm occasionibus peccato-  
rum devitatis, Tibique debeo  
quod ita pervicerim; qui pro-  
lapsus meos non nisi uni mihi  
possum imputare. Non magis  
se pedibus suis bimulus libret  
absque ope matris; quàm ego  
absque tua. Nisi Tu manum  
sustentatricem admoveas; ja-  
ceo. Bimulus tamen ille se ca-  
surum cum videt, contra nititur  
quantum ei per vires licet: ego  
verò, peccatorum miserrimus,



52 *Notitia Divinae Gratia,*  
non modo non me tueor con-  
tra prolapsus meos, sed & Tibi  
tueri me volenti, improbus  
contra sto, luci quam mihi af-  
fundis, oculos occludo, piis in-  
spirationibus tuis enixè me op-  
pono, Gratiam tuam rejicio,  
capitalis hostis vitæ meæ & cum  
vita libertatis; adeoque in cer-  
tam, in æternam me damnatio-  
nem, malè sanus induo. Ut  
vitio cerebri laborantes mente  
captos validis vinculis stringi &  
coërceri indies videmus, & Ti-  
bi mi Deus necesse est ut im-  
bellem illam in me quæ se con-  
tra Te attollit ferociam, coër-  
ceas, vireſque, ut ut infra foemi-  
nas, flaccidæ sint & infirmæ,  
quàm validissimè retundas. Ut  
olim vocatos ad tuas epulas,  
dum

Et  
dum  
fisti c  
decern  
sæ tua  
tris, E  
& ad  
comp

Te  
mi Do  
fia nu  
jura a  
homin  
Verun  
adeo  
probu  
ves, f  
gendi  
æterna  
laturus  
Anima



*& nostrarum Calamitatum.* 53  
dum cessant, ut intrarent ius-  
sisti compelli; ita & de me Tibi  
decernendum est. Quæ Spon-  
sæ tuæ, quæ nostrum piæ ma-  
tris, Ecclesiæ tuæ, sunt preces;  
& ad Te nostras, etiam rebelles  
compelle voluntates.

X XII.

Teneo Summe Deus, tenet  
mi Domine & docet me Eccle-  
sia nunquam à me arbitrii mei  
jura auferri. Reliquit Deus  
hominem in manu consilii sui.  
Verum etiam & hoc scio, esse  
adeo me infrunitum atque im-  
probum, ut nisi quid adsis, ju-  
ves, faveas, factâ hac mihi eli-  
gendi copiâ, damnationem  
æternam vitæ æternæ sim præ-  
laturus. Est teste vate regio  
Anima mea in manibus meis

C 3. fem-



54 *Notitia Divina Gratia,*  
semper, est indè bonum ma-  
lumvè eligendi facultas, faber  
sum mihi fortunæ meæ, & æter-  
na mihi aut gloria aut pœna ex  
æquo patent. Cæterum agnos-  
co ô Deus, quantò est hæc ex-  
cellentior in me libertas, tantò  
gravioribus objacet periculis.  
Est ea malignæ mihi fortis de-  
ploranda conditio, ut utilius  
mihi futurum sit omnino non  
posse malum committere, quàm  
citrà boni malivè discrimen,  
facere bonum quod fit. Ea de-  
mum plena est ac perfecta li-  
bertas, quæ quod est optimum,  
facit quàm liberrimè. Est mihi  
à natura mea indoles tam de-  
pravata, tam perversa, ut nisi  
tuis me viribus coërceas, in se-  
ræet ipsam hac suâ in libertate  
atque

*Et n*  
atque  
ta fluç  
juxtà  
Domi  
id mihi  
mei fir  
mea ic  
filioru  
meas  
quod  
ministe  
& omni  
excidu  
us, hæc  
misera,  
spectat  
quæ T  
nita ch  
ma qua  
solatur  
amque



*Et nostrarum Calamitatum.* 55  
atque inconstantia incurset, tota fluctuet, adnuendi abnuendi juxtà incerta. Cum Tu mi Domine per tua summa merita id mihi condonas ut juris ipse mei sim, habeamque in manu mea id quod meorum est consiliorum, nisi quid Tu manus meas robores, abutor ego, quod dolendum est, ipsarum ministeriis in perniciem meam; & omnia quæ tenui, confestim excidunt. Vides Tu bone Deus, hæc in me tam indigna, tam misera, neque miserearis! Respectat imbecillitatem meam, quæ Tibi immensa est & infinita charitas: illa benigne optima quæque titubanti inspirat, solatur, confirmat, regit, meamque sic admoderatur volun-



56 *Notitia Divina Gratia,*  
tatem, ut Te Duce & auspice,  
recta evadat, & suæ perfectioni  
proxima, cum tuam ad nor-  
mam tota componitur.

X XIII.

Novi quod per tuam Grati-  
am facias me captivum tuum;  
notum mihi, quod eum ad mo-  
dum dum Te componis, vin-  
cula carceresque quibus attine-  
or, dirumpas, & in carceres  
tuos quàm suavissimè compin-  
gas. Totus agnosco, tuo nos  
munere vegetari, tuis inspirati-  
onibus animos se nostros in  
altum tollere, tuis impulsibus  
exagitados agere viriliter, tua  
per auxilia novum iis robur ac-  
crescere, tuo radiorum lumine  
in multam, sibi ante inaccessam,  
venire lucem. Fateor unicam  
esse

*Et n*  
esse cl  
liberta  
nostra  
amissa  
lam re  
bis alte  
imè su  
dulciss  
nobis e  
invieta  
duci lo  
que ho  
remus  
Omnia  
tes dol  
viarum  
possem  
quid T  
res; ca  
si, nos  
non po



*Et nostrarum Calamitatum.* 57  
esse clementiam tuam, quæ nos  
libertati, nostras per noxas,  
nostra per crimina turpiter  
amissæ restituit. Fateor per il-  
lam restitutionem conferri no-  
bis alteram, quæ sit quàm max-  
imè suæ spontis, tota liberrima,  
dulcissima. Agnosco conferri  
nobis efficacissimam, & prorsus  
invictam potentiam: eò nos de-  
duci locorum ac fisti, ubi abs-  
que hoc, spatium non inveni-  
remus vel ullum figendi pedem.  
Omnino nec laqueorum laten-  
tes dolos, nec incerta ambigua  
viarum, absque tuo hoc lumine  
possemus deprehendere. Nisi  
quid Tu nos lapsantes sustine-  
res; caderemus itidem: prolap-  
si, nos denuò attollere, erigere  
non possemus nisi Te levante:  
C 5 ge-



§ 8 *Notitia Divina Gratia,*  
genibus denique nostris advol-  
vendi nulla nobis facultas, sup-  
peteret, nisi per Te tangendi  
tua genua iisque nos advolgen-  
di ea sufficeretur.

#### XXIV.

Effice proinde, mi Domine,  
ut hæc quam Tibi sacram dica-  
tamque adfero, voluntas mea,  
(per Te est dicare, sacrare, of-  
ferre Tibi eam quod possim)  
habere Tibi possis instrumen-  
tum Omnipotentiae tuæ, fit ea  
Organon Divini tui Spiritus,  
tuis se illa inspirationibus to-  
tam subdat, regendam permit-  
tat. Id Tu mi Domine nisi  
quid effectum dederis prior,  
nunquam à se id ut facere pos-  
sit, est habitura. Agnosco Do-  
mine, quod quoties voluntati  
meæ

& nostr  
meæ me  
pro arbi  
hi video  
quæ no  
constant  
nes in o  
suggerun  
cum tua  
mè fas e  
obscura  
fissimis i  
condere  
se abdere  
nihil abs  
sum, su  
ineptus,  
res allatu  
leo in r  
fortis pe

Est T



meæ me permitto, meque meo  
pro arbitrio compositurus mi-  
hi videor, ilicò eam in ea ferri,  
quæ non rectè sibi nec satis  
constantis cerebri verminatio-  
nes in objectum cedere volunt  
suggeruntque: video jam nunc  
eum tuam lucem quam maxi-  
mè fas esset eam vestigare, in  
obscura ferri, tenebris se den-  
sissimis invergere, in laqueos se  
condere, in carceres & vincula  
se abdere. Si quidem mi Deus  
nihil absque Te scio, nihil pos-  
sum, sum ad omnia ex æquo  
ineptus, nullas ad ulla bona vi-  
res allaturas, tantummodo va-  
leo in ruinam meam, ad illa  
fortis per quæ disperdar.

X X V.

Est Tibi Domine Deus in

C 6

me,



60 *Notitia Divina Gratia,*  
me, cogitationes voluntatem-  
que meam directi domini,  
Summæ Potestatis, Summi Im-  
perii jus; tamque id absolutum,  
tam nulli obnoxium, ut ei re-  
sistere non modò non debeam,  
sed si ut nec resistam velis, reni-  
ti ei omninò non possim. Non  
est ut indè quippiam mihi me-  
am quod adimat libertatem,  
proficiscatur, sed æterna tua &  
incomprehensibilis illa tua Sa-  
pientia me voluntatemque me-  
am sic disponit, sic regit, ut ad-  
dat se tuis beneplacitis sua  
sponte, & id quod ei per Te in  
malorum remedium admove-  
tur, placidè admittat, blandè  
amplexetur. Ipsa tùm verè li-  
bera cùm à Te captiva attine-  
tur, cum Tibi debellata, devicta,  
tri-

trium  
qui  
per t  
supra  
sint  
polle  
ut ut  
tura  
oppo  
tia t  
quan  
sum  
quan  
& qu  
nia p  
prou  
pera.  
clesia  
incess  
Deus  
quæc



*de nostrarum Calamitatum.* 61  
triumphata superat. Tu ille es  
qui eam à peccatis redemisti,  
per tuam illam Bonitatem quæ  
supra quam malitiæ meæ pos-  
sint, immane quantum possit  
polleatque! Si Tibi ita placeat,  
ut ut in deterrima se ferat na-  
turæ nostræ fragilitas, non se  
opponet illa voluntati aut Gra-  
tiæ tuæ. Tui ea est arbitrii  
quanta quanta est, Tibi ad jus-  
sum, ad nutum prout voles,  
quando voles, quantum voles  
& quomodo voles, exige: om-  
nia prout videbitur expedire,  
prout Tibi beneplacebit, im-  
pera. Ebuccinant sancta Ec-  
clesiæ tuæ oracula, proclamant  
incessabiliter æternæ voces,  
Deus noster in Cœlo omnia  
quæcumque voluit, fecit. Om-



62 *Notitia Divinae Gratiae,*  
nipotens es, num Dei resistere  
possumus voluntati? ô Homo  
qui tu es qui respondeas Deo?  
voluntati ejus quis resistit. Ubi  
id charitatis vestrae sanctis be-  
neplacitis sedet, quæ tua volun-  
tas est, etiam est nostra. Ubi  
Clementiæ tuæ visum est malis  
nostris succurrere, pelluntur  
per tuam gratiam nostræ noxæ:  
perindè ut ad inductam lucem,  
tenebræ faceffunt, Coelis exce-  
dunt. Tranquilla, blanda, po-  
testas tua est per quam abs Te  
servituti pravorum affectuum  
nostrorum eximimur, & ad  
suavissima tuarum inspiratio-  
num moderamina, & nos &  
nostra componimus.

X X V I.

Ita est, mi Domine, in ma-  
nu

*E n*  
nu me  
bes ;  
nolo.  
meum  
induc  
in qu  
Propo  
vitam  
riò m  
voluit  
vita &  
& qu  
non c  
stitue  
reliqu  
lii sui,  
ademi  
luisti,  
ad id  
posset  
nobis



*De nostrarum Calamitatum. 63*

nu mea esse situm id omne ju-  
bes; quod facere aut volo aut  
nolo. Ita est, facis, ut velle  
meum mutare, alterare, in illam  
inducere conditionem possim,  
in qua locatum me voluisti.  
Proposuisti nobis, Domine,  
vitam & bonum, & è contra-  
riò mortem & malum. Qui  
voluisti ut esset ante hominem  
vita & mors, bonum & malum,  
& quod placuerit, daretur ei,  
non ob id certe quod qui con-  
stitueris ab initio hominem, &  
reliqueris illum in manu consi-  
lii sui, primævam ei libertatem  
ademisti, aut eo statu esse vo-  
luisti, ut aqua & igne appositis,  
ad id quod vellet manum non  
posset extendere. Semper in  
nobismet ipsis malorum nost-

rc-



64 *Notitia Divinae Gratiae,*  
rorum primordia circumferi-  
mus: retinemus & nos in ma-  
lorum extrema præcipitandi  
facultatem, dum stulti mala præ  
bonis eligimus. Tu sed, Do-  
mine animæ meæ, ineffabili ef-  
ficacia, Tu potestate suaviter  
valente omnia illa in quæ abs-  
que Te malè se induat, per quæ  
numen tuum lædat, legi tuæ  
adversetur, Potentiam tuam  
ad Tibi rebellandum ducat,  
moraris, sic suspendis, sic coër-  
ces ut inspirationibus tuis san-  
ctis, Divinis tuis jussis ultrà re-  
sistere non sustineam. Blando  
Deus invicte captivandi modò  
libertatem nostram Tibi addi-  
cis: dum vocas; jubes, subjicis,  
ducis, regis, dirigis, ad Te tra-  
his, emollis, in omnibus ut te-  
cum

*Et no*  
cum id  
mus, fa  
Gratia  
nibusq  
phare.  
nibus  
affulge  
mabus  
at inrr  
lumen  
rumpi  
Sanctu  
nequic  
bellatu  
fulgor  
illud il  
medela  
differa  
bi aux  
moret  
manus



*Et nostrarum Calamitatum.* 65  
cum idem sentiamus & statua-  
mus, facis quam benignissimé.  
Gratiam tuam de culpis crimi-  
nibusque nostris jubes trium-  
phare. Bene fausta, lætis om-  
nibus auspiciatissima, dies illa  
affulget qua tua se bonitas ani-  
mabus nostris lætissimo insinu-  
at inroitu. Cum luminis tui  
lumen tenebris discissis per-  
rumpit, tuusque nos Spiritus  
Sanctus sibi subicere destinat;  
nequicquam aliquid nostri tibi  
bellaturiat. Nullæ tanti jubaris  
fulgorem tenebræ ferunt. Hoc  
illud illud est tempus, quo nec  
medelam suam ultrà ægrotus  
differat, neque superveniens si-  
bi auxilium in arctum redactus  
moretur. Tam nos potenter  
manus vestra attollit, ut & no-  
bis



66 *Notitia Divinae Gratiae,*  
bis attollendi nos potentiam  
sufficiat, ita nos hortaris, tuis  
accedentes hortatibus ut per-  
moveas, permotos in altiora  
etiam promoves. Nec solum  
persuades aut consulis, sed ad  
hæc imperas animabus nostris,  
ut humo se tollant; quò se tol-  
lant, robur largiris: manum ad  
id tuam extendis; explicas aux-  
ilia tua efficaciter agis in earun-  
dem desideria; quin sic agis, ut  
plus ultrà resistere nolint, ut  
ament gaudeantque jam tum  
esse se tuas captivas; edomitis  
quippe omnibus, per quæ con-  
tra niti Tibi potuissent; nec  
jam captivas modò sed & tri-  
umphatas & victas. Hic est  
ille modus per quem affectus  
inordinatos, probrosa ludibria  
an-

*Et n*  
anima  
menta  
tuam  
care c  
vincis  
nostr  
obscu  
em de  
diem  
enect  
regnu  
berta  
periis  
misti  
piam  
bus t  
rum  
tiæ, u  
ritati  
prop  
mur



*Et nostrarum Calamitatum.* 67  
animarum nostrarum, & tormenta quæ Gratiam à nobis tuam certatim abalienare, avocare conantur, in exilium agis, vincis, confodis. Tenebras nostras mutasti cum luce tua: obscuris & in profundam noctem depressis, induxisti medium diem, per dolum ac fraudem enectis, ingenuitati, candori, regnum aperuisti, servitutem libertati, rebellionem justis imperiis decedere coëgisti, exemisti obligatos. Ergone quempiam post hac reperire sit, quibus tam claræ, tam nobiles rerum ac factorum circumstantiæ, ullam divinæ, æternæ Charitati resistendi voluntatem aut propensionem superesse patiamur? dum præsertim se Tibi  
ani-



68 *Notitia Divina Gratia,*  
animæ nostræ permittunt, tuis-  
que sacrosanctis imperiis hu-  
millimè substernuntur. Quo  
modo vel possibile, ut ut velim,  
sit non agnoscere Te libertatis  
meæ esse principium, medium  
& finem, bonorum meorum  
omnium autorem!

### XXVII.

O Divina Redemptoris mei  
Clementia, quàm admiranda  
nobis est tua Potentia, quam  
media quibus uti Tibi placet,  
mentibus nostris sunt imperia!  
Quàm longè istæ conjecturas  
quascumque nostras exeunt.  
O nostrum omnium Salvator,  
quàm alti, quàm profundi mo-  
di sunt per quos virtutem tuam  
explicas! Nunquam equidem  
se liberam ferre mens nostra

po-

*E* n  
potest  
ni cui  
tur, q  
captiv  
quam  
stra p  
tit rap  
factan  
illa n  
quam  
design  
cum g  
atque  
se per  
utile e  
anter  
sibi in  
famul  
mine  
Nota  
diti,



*Et nostrarum Calamitarum.* 69  
potest, quàm quando se Domini cui famulatur, quem veneratur, quem adorat, colitque esse captivum profiteretur. Nunquam tantâ libertate mens nostra perfruitur, quàm cum sentit rapi se à Gratia tua, sibi eripi, factam captivum. Nunquam illa magis sui est juris, nunquam in iis quæ sibi præsumsit, designavit, liberius agit quàm cum gratissimis sibi hortatibus atque invitibus vestris adigi se persentiscit, ut id quod sibi utile est ac conveniens, incunctanter peragat. Imperat sub Te, sibi imperante. Dum Tibi illa famulatur, Tu quoque mi Domine, facis ipsa ut imperet. Nota, character vultu meo additi, Tibi quidem servitutum ser-



70 *Notitia Divina Gratia,*  
servire indicant, sed & sceptri  
mihi loco sunt à Te accepti,  
sunt regale diadema quo caput  
meum vincis, obnubis, quo  
regnum à Te mihi datum con-  
stare cupis, in hæctenus ma-  
lè & nullo ordine habita af-  
fectuum imperia, & nunc per  
Gratiam tuam restaurata, &  
meliori formâ donata. Tu vo-  
luntates nostras tuo pro bene-  
placito inflectis & jubes. Per  
Te ex servis in Dominos, Prin-  
cipes, Reges evadimus, late  
Domini, sub Te regnante ag-  
noscimus esse, sicut divisiones  
aquarum, cor Regis in manu  
Domini. Quocumque volue-  
rit, inclinabit illud.

XXVIII.

Quàm non sunt violenta  
im-

impe  
tranq  
re cal  
persu  
rem e  
pace t  
tiri, n  
lidè, e  
ter. T  
berna  
placen  
mi, be  
atque  
geniu  
stram  
ta virt  
stræ co  
non p  
validis  
impul  
tur, ut



*de nostrarum Calamitatum.* 71  
imperia tua mi Domine! Solus  
tranquillam potestatem exerce-  
re calles, solus citrà coactionem  
persuadere, vincere, citrà cruo-  
rem effusum imperia tua multâ  
pace statuminare, omnium po-  
tiri, non potenter minus & va-  
lidè, quàm benignè & efficaci-  
ter. Tu ducere nos, Tu adgu-  
bernare, Tu in omnia, quæ Tibi  
placent, dirigere nosti, tam co-  
mi, benigno, eximio, blando,  
atque adeo ineffabili & ad nos  
geniumque & indolem no-  
stram commodo, & per abdi-  
ta virtutum tuarum animæ no-  
stræ correspondente modo, ut  
non possimus non agnoscere,  
validissimos, efficacissimos esse  
impulsus à Te qui proficiscun-  
tur, ut non possimus non vene-  
rari



72 *Notitia Divina Gratia,*  
rari lucem illam tuam, quam in  
cordibus nostris accensam sen-  
timus, quo in recta omnia nos  
deducat. Ut nunquam magis  
nostri sumus, nobiscum ipsis  
melius convenimus, quam cum  
Tibi nobiscum nihil disconve-  
nit! Nunquam perfecta cum  
libertate opera nostra exigimus,  
nisi cum quos nostris animis  
motus addis sanctissimos, cum  
eos ultro, cum volentes am-  
plectimur. Colligit sese tunc  
in omne robur suum nostri  
quicquid est arbitrii, cum in  
odore unguentorum tuorum  
Te pone sequitur, cum natu-  
ram nostram tua Gratia sibi  
subditam habet, quando pecca-  
tis nostris depressis Charitas  
tua per affectus actusque pios  
&

*Et m*  
& san-  
facit,  
quæ n-  
turpat  
tatem  
sumus  
nostra  
Extra  
vorum  
affectu  
vos in  
nos à  
animi  
partes  
Quand  
Spiritu  
submi  
Spiritu  
moder  
illos ag  
rapit,



*Et nostrarum Calamitatum. 73*  
& sanctos Tibi nos probemus  
facit, tum demum veram &  
quæ nullis fuci aut fallaciæ de-  
turpata sit incrustamentis, liber-  
tatem consequimur. Liberi  
sumus cum vestris in manibus  
noſter ſpiritus totus acquieſcit.  
Extra eas, ſervi ſumus, & pra-  
vorum qui in nobis regnant,  
affectuum mancipia: intra ſer-  
vos ingenium habemus, qui  
nos à vitiis noſtris & corruptis  
animi moribus in aſſenſum, in  
partes ſuas trahi permittimus.  
Quando Tuus, ô ſumme Deus,  
ſpiritus nos totos ſibi reddit  
ſubmiſſos, quando noſtros ille  
ſpiritus ſibi mancipat, dirigit,  
moderatur, erigit, quando in  
illos agit pro imperio, eos ad ſe  
rapit, movet, agit, in agendo  
D im-



74 *Notitia Divinae Gratia,*  
impellit plenos suæ virtutis, lu-  
minis sui, suæ vitæ, suarum acti-  
onum, suæ voluntatis, quando  
ipsis ex vero dicere licet: Vivo  
jam non ego, sed vivit in me  
Christus: quando & ob id ip-  
sum quod non morior, emori  
me credo. Tum demum ani-  
mabus nostris sincera, solida,  
inconvellenda libertas constat,  
cum tua beneplacita bene, De-  
us, illis communicare dignaris,  
cum sentire quæ debeant, das,  
cum largiris ut intelligant quæ  
sui sint officii, quando eas pro-  
nutu & ad tuos nutus modera-  
ris, cum si qui in iis sunt affectu-  
um vitiosi, easque denormaturi,  
per Te corriguntur, cum deni-  
que devexæ in omne malum  
naturæ nostræ malos habitus  
om-

& n  
omnia  
destru  
obaud  
perio  
nos ge  
iplos,  
stra, in  
que ip  
centiis  
quam  
tuisque  
tenter

Vas  
electio  
do un  
Utique  
de se pr  
ego jam  
vit in m  
bis ver



*Et nostrarum Calamitatum. 75*  
omnia superans Charitas tua  
destruit, evertit. Tuo cum  
obaudimus, Summe Deus, im-  
perio, cum bona fide servos  
nos gerimus, tum demum nos  
ipsos, nostras vires, bona no-  
stra, in potestate habemus; at-  
que ipsis adeoque concupif-  
centiis, cupidinibus malis, tan-  
quam captivis, fræna injicimus,  
tuisque lupatis & capistris po-  
tenter ora eis contundimus.

X X I X.

Vas illud electum Tibi, vas  
electionis tuæ Paulus, ecquan-  
do unquam magis liber fuit?  
Utiq̄ue nunquam, quàm cum  
de se profari liberè posset, *Vivo*  
*ego jam non amplius in me, sed vi-*  
*vit in me Christus.* Tantùm no-  
bis veri dominii est, quantùm  
D 2 est



76 *Notitia Divinae Gratiae,*  
est Gratiae, tantum foedissimae,  
indignissimaeque nobis adhaer-  
ret servitutis, quantum noxae  
contraximus. Quantum à no-  
bis abscedimus, quantum nos  
Deo magis jungimur ex pro-  
pinquo, quantum & Regibus &  
Tiaris sumus junctiores. Quan-  
tum nos agimus magis à Deo  
nostro segreges, quantum alieni  
magis à sacro-sancta illius lege,  
quantum nos magis non servos  
modo testamur, sed & fugiti-  
vos, & dignos qui agamur in  
furcam, in malam crucem.  
Ergone unquam mentem me-  
am, mi Domine, subeat, desti-  
tuere Te unquam ulla posse  
media, quibus me talem præ-  
stes, qualis esse debeam, id est  
virum bonum; ut illud posse fi-  
eri

eri p  
in p  
mus  
ferre  
non  
die p  
nixu  
per  
debe  
que  
qui a  
rigo  
tens.  
Tibi  
do v  
Tibi  
do li  
perfe  
velis  
es Sa  
ipse e



*& nostrarum Calamitatum. 77*

eri præsumam quantumcunque  
in pessima quæque immerfissi-  
mus, me Tibi obversum ut in-  
ferrem? Anne ut subeat, Tibi  
non esse in proclivi, ut ut ho-  
die per mea Tibi crimina ob-  
nixus aduerser, crastino tuam  
per bonitatem ei quam Tibi  
debeo, reddere innocentia at-  
que integritati? Anne ut Tu,  
qui arbitrii mei fons es & scatu-  
rigo, & quidem ipse Omnipoten-  
s, latebras animi mei, & quo  
Tibi eas reclusas subjectas mo-  
do velis, quo animam meam  
Tibi uni assertam, quoquo mo-  
do liberam, æternæ per omnia  
perfectæ libertatis compotiri  
velis, sis nescius? ut qui æterna  
es Sapiencia, ignores, ut primus  
ipse ego quo Te sequi possim,

D 3

de-



78 *Notitia Divina Gratia,*  
devincendus sim à memet ipso?  
Ut me luci tuæ reddere in ante-  
cessum, tui me implere notitia,  
certum opis tuæ, & sic demum,  
de me captivo tuo, triumphare?  
Eratne ut crederem, non posse  
Te reddere Te Dominum vo-  
luntatis meæ, eamque citrà  
vim, citrà cogendi tormentum  
facere tui juris, adigere ut vel-  
let, quæ vellet, & quidem abs-  
que ulla ejus immunitione, ne-  
dum subversione; & quidem  
illud quod à primo jam tum  
mihi largitus es principio, quod  
in diem das, quod nunquam  
non dare, bonus, voles, con-  
servaturus? Ut qui perfectissi-  
mum, omnibus undequaue  
numeris esse vis absolutissi-  
mum, redigi ad nihilum velis?  
Ut

et  
Ut v  
vis es  
everfu  
nes  
destru  
illâm  
quo  
redda  
quo  
sis, qu  
gis, e  
fecta  
time  
Tibi  
Plant  
in ju  
ut af  
bene  
um ip  
dona  
optin



Ut voluntatem meam, quam  
vis esse consummatam, ipsemet  
eversum, destructum eas? Om-  
nes mi Domine, illius noxas  
destruis, evertis & quidem in  
illâmetipsâ. Mala illius destruis,  
quo bona ei omnia, quo sancta  
reddas. Quo plantas, evellis,  
quo nova de novo creare pos-  
sis, quæ nullius sunt bonæ fru-  
gis, extirpas. Erunt quæ suf-  
fecta voles, Hortulanorum op-  
time, æterna, in æternum se  
Tibi probatura, placitura.  
Planta Tu, Tu riga bonus, Tu  
in justa fac, per Te, incrementa  
ut assurgant: accedat iis quæ  
bene plantasti, favor tuus, su-  
um ipsis robur vigoremque Te  
donante consequantur: in spes  
optimas succrescant, fruges fe-



80 *Notitia Divina Gratia,*  
rant quæ spei respondeant, bo-  
ni quicquid habent, Tibi ferant  
acceptum.

X X X.

Absque Te, mi Domine, ar-  
bor sum sterilis, infrugifera,  
lignum infœlix & inutile: me-  
que defectum omni humore  
vivifico, omni qui vegetam fo-  
veat vigore, carduus & spinis  
cingunt paliurus acutis. Ficul-  
nea sum, de qua in Evangelio,  
nempe fructum in ea cum quæ-  
reres, quod non inveneris. Il-  
la sum, tua quam justitia succi-  
dere parabat, eo quod terram  
frustrâ occuparet. Sum pro  
qua Tibi terræ tuæ cultores, ut  
in sequentem annum reserva-  
res, intercedebant, promitten-  
tes sese fossuros circa illam, se  
ster-

*et no*  
stercon  
tissimæ  
tarunt  
expect  
labrusc  
essem  
proven  
distenta  
palmiti  
cœco m  
tuum,  
animan  
lores ei  
aspirare  
in irrig  
fita, lat  
os, ne  
torrent  
charitat  
fructife  
onica, c



*Et nostrarum Calamitatum. 81*  
stercoraturos. Vineam sum, beatissimæ manus tuæ quam plantarunt, à qua uvas dulcissimas expectans, nihil præter invisas labruscas legisti. At enim vitis essem lætissima, essem ubere proventu fertilis, ostentarem distentas turgentesque in meis palmitibus gemmas, si quidem cœco mihi impartireris lumen tuum, Ô Summe Deus, aridam animam meam si rigares, si calores ei vivificos Charitatis tuæ aspirares. Arbor essem, quæ in irriguæ ripæ crepidine confita, latè explicarem ramos meos, nempe tuæ milericordiæ torrente humectata, infinitæ charitatis tuæ fomentis facta fructifera. Virga essem Aaronica, quæ sterile lignum cum  
D s            esset



82 *Notitia Divina Gratia,*  
esset, Te dante, foecunda ger-  
minavit, & sic murmura populi,  
contra Legislatorem, stium an-  
tuum? coërcuit. Excrescerent  
tuo in latifundio, bonorum  
operum fructus desideratissimi.  
Hinc necesse comprimis est mi  
Deus, ut novis eam insuper  
Gratiæ Bonitatisque tuæ im-  
bribus riges, foveas, refocilles,  
foecundes, foveam circundes,  
circum circa, undecumque ve-  
getam sustentens, adinstar arbo-  
ris quæ siccessit absque ejus qui  
intus agit, caloris vi & efficacia,  
absque ambientis veris blandi-  
tiis, & bene refrigerantibus fla-  
bellis, & calorem inter humo-  
resque gratissimam ei adferen-  
tibus temperiem: utpote qui-  
bus duobus debeat quod in  
fruct-

*Et ne*  
fructu  
hoc ei  
Ad illa  
subsist  
dum c  
concu  
quoqu  
toto &  
rum le  
Benign  
Nulla  
lucis u  
que tu  
calor,  
bus, c  
quo se  
mentu  
tuam s  
cordia  
prorsus  
undiqu



*Et nostrarum Calamitatum.* 83  
fructus se ferat foecunda. Est  
hoc ei pro vigore, est vitæ loco.  
Ad illam, quo lætam se tueri ac  
subsistere possit, quemadmo-  
dum oportet, omnia elementa  
concurrunt. Ita anima mea Te  
quoque opus habet, & quidem  
toto & in omnium elemento-  
rum locum, infinitam tuam  
Benignitatem sibi sufficiente.  
Nulla mihi absque tuo lumine  
lucis usura est, nullus mihi abs-  
que tuis fomentis, vivificus est  
calor, absque tuis inspirationi-  
bus, deest animæ meæ suum,  
quo se recreet, se sustentet, ali-  
mentum. Si Gratiam ab ea  
tuam subduxeris, nisi ei miseri-  
cordia tua adfuerit, fructus  
prorsus nullos feret. Tu me ut  
undique circumcingas, opus est,

D 6

Tu



84 Notitia Divina Gratia,  
Tu ut undecumque sis animæ  
meæ Hortulanus, denique ut  
intrâ extrâque ipsam tua exer-  
ceas Imperia.

XXXI.

Spiritus mihi vitalis es, & ani-  
mæ meæ sustentaculum, à Te  
omne incrementum meum.  
Ecquid sum ego nisi terra in-  
fructifera, infœcunda, deserta,  
lapidibus tribulisque oppleta?  
nisi quid Te ei excolendæ ap-  
pares, nisi repurgandæ accinga-  
ris, dicam cum Propheta Re-  
gio, *Ut in terra deserta, & in via,*  
*& in aquosa, sic in sancto apparui Ti-*  
*bi, ut viderem virtutem tuam &*  
*gloriam tuam.* Anima mea abs-  
que Te, mi Domine, terra est  
inculta, deserta, omnibus bonis  
destituta, nec in ulla utilis. Pe-  
jus

& ne  
jus qu  
dura,  
se sem  
ô Do  
effunc  
& flu  
de Spi  
meum  
stirper  
tanqu  
fluent  
horric  
lustris  
viæ eju  
Tua  
as eju  
planas  
ad vit  
cunt,  
tatis e  
in tui



*& nostrarum Calamitatum.* 85  
jus quod est, confragosa est,  
dura, aspera, sicca, demissæ in  
se sementi responsat. Age Te,  
ô Domine, ad terram meam,  
effunde aquas suprâ sitientem,  
& fluenta super aridam: effun-  
de Spiritum tuum super semen  
meum, & benedictionem super  
stirpem meam, & germinabunt  
tanquam salices, juxtâ præter-  
fluentes aquas. Est mea terra  
horrida rupibus, dumis aspera,  
lustris, spelæis ferarum plena,  
viæ ejus ad perditionem ductât.  
Tu eam intra, mi Deus, Tu vi-  
as ejus non alias velis quam  
planas, quam apertas, & quæ  
ad vitam æternam recta du-  
cunt, per sancta desideria, pie-  
tatis exercitia, contemplationes  
in tui Numinis bonitatem in-

D 7

ten-



86 *Notitia Divinae Gratia,*  
tentas, defixas. Terra mea la-  
pidibus plena est, quos in san-  
ctam tuam legem identidem  
evibro, plena tribulis quos spi-  
neæ capiti tuo plectendæ coro-  
næ necto, & duriores quidem  
illos altiusque læsuros, quam  
illæ quæ in immensam illam  
pro me peccatore meus ô Re-  
demptor, durarant patientiam  
tuam. Intra, regali, cœlesti  
cum corona redimite, intra  
æternæ, evelle quicquid est in  
me reprobi. Petra æternæ sta-  
tionis, cœlestis, ejice ex hære-  
ditate tua saxa fruges impedi-  
entia, strangulantia: fac ut efflo-  
reat fœcunda. Egrediatur vir-  
ga de radice Jesse, & flos de  
germine ejus ascendat: aufer à  
me spinas meas, novum Tibi  
hor-

*En*  
hortu  
conci  
tum d  
disum  
am.  
Domi  
Tu hu  
fœcur  
quam  
charit  
stituta  
quam  
quæ v  
qua la  
est, l  
effert  
tuos f  
mea l  
Tuas  
lutare  
turas



*De nostrarum Calamitatibus. 87*

hortum ô Bone JESU, in me  
concinna Tibimet ipsi, in hor-  
tum deliciarum tuarum, para-  
disum tuum, elige animam me-  
am. Intra in terram meam ô  
Domine, sicca est & sterilis,  
Tu humecta eam, Tu irriga,  
foecunda. Respice Domine  
quam sit ipsa fiticulosa, ut tuâ  
charitate, tuâ misericordiâ de-  
stituta anima mea, non alia sit  
quam qui aret ager moriens, &  
quæ vitio fitit aëris herba. Ipsa  
qua laborat, siccitas, ei pro ore  
est, hoc illa rugitus suos cælo  
effert, à Te rigari petit, imbres  
tuos salutare efflagitat, anima  
mea sicut terra sine aqua Tibi.  
Tuas aquas Domine, peto: sa-  
lutare illas, beaturas me: ablu-  
turas me ab omnibus peccatis  
meis



88 *Notitia Divinae Gratiae,*  
meis: aquas denique sanguineo  
tui ab effluvio in sæcula sæcu-  
culorum benedictas.

XXXII.

Addat sese animæ nostræ, ô  
Domine, virtus tua: ut videam  
virtutem tuam & gloriam tu-  
am. Tu is es, Domine, qui il-  
lud in me misericordiæ & gra-  
tiæ opus perficere debes: neque  
enim ei præstando par sum,  
qui ne quidem id petendo, aut  
ut possim, desiderando, sine Te  
sufficio. Statue, nullam omni-  
no esse mihi valentiam, si pri-  
mus illam in me non creas, &  
communicatam mihi, in actum  
deducis. Quæ mihi est ad bo-  
num propensio, nisi eam prior  
coërceas, Tibi afferas, ilico de-  
terioribus se applicet; illam si  
quid

Et  
quid  
& ut  
quam  
sub m  
tineat

Qu  
esset v  
ac crim  
va det  
tuis in  
permi  
motus  
verò  
nostru  
gis for  
Reder  
latur.  
rum n  
qui co  
micus



*& nostrarum Calamitatum.* 89  
quid à seipsa segregem facis, est  
& ut impensius sit libera, nun-  
quam talis futura, nisi quid tua  
sub manu custodiâ pressiore at-  
tineatur.

XXXIII.

Quasi verò ac si libera magis  
esset voluntas mea, dum vitiis  
ac criminibus implexa ac capti-  
va detinetur, quam cum Sanctis  
tuis inspirationibus arbitria sua  
permittit, tuos agnoscendo  
motus, tuos impulsus! Quasi  
verò serva sub inimico utrique  
nostrum communi, libera ma-  
gis foret, quam dum Creatori,  
Redemptori, Salvatori suo famu-  
latur. Quantulum hoc, libe-  
rum me si quid ille relinquat,  
qui communis utrique est ini-  
micus, qui me totum destruit,  
qui



90 *Notitia Divinae Gratiae,*  
qui in necem ac ruinam meam  
juratus est hostis: qui suis in me  
grassatur ignibus: qui me us-  
quedùm persequitur, confodit:  
qui exterminium meum moli-  
tur & effabricat: qui nihil poti-  
ùs priusvè habet quam ut to-  
tum me deperdat, qui ut me  
tanto affligat crudelius quàm  
illos quos æternis pœnis decre-  
toria sententia damnarit, qui-  
bus nulla est redemptio, aut re-  
demptiois spes, in horas in mo-  
menta neci meæ invigilat. Si  
tyrannus ille infensissimus, in-  
festissimus nolit animam meam  
libertate suâ privari, nolit, item  
nolit in illum deduci statum ut  
ad libertatem suam respectare  
atque anhelare opus habeat,  
non aliam ob causam quam ut

EX-

& nos  
exindè  
generis  
tionibus  
tandem  
me JES  
ipsa du  
quæ om  
gum su  
tatem n  
Ut ille  
vidit ef  
indefini  
dit; q  
promov  
fectione  
rem in  
amatqu  
hilet!  
Sapient  
bens B  
est cui



exindè dirioribus ipsum omnis generis tormentorum lancinationibus involvat, quomodo tandem fieri possit, ô dulcissime JESU, ut tua imperia quæ ipsa dulcia sunt, quæ blanda, quæ onus suum leve, dulce jugum suum propalant, in libertatem nostram sint iniquiora?

Ut ille Deus, qui, quæ creavit, vidit esse bona, qui à se creata indefinenter conservare intendit; quin semper in meliora promovere, ad summam perfectionem deducere, elegantiorrem indies reddere, gaudet amatque, illam aboleat, annihilat! Consummatissima illa Sapiencia tua, parem non habens Bonitas tua, unica & sola est cui donatam nobis libertatem



92 *Notitia Divinae Gratia,*  
tem acceptam ferimus: illa quæ  
mandatis suis etiam preces im-  
miscet, & dum leniter persua-  
det, potenter quoque ad se tra-  
hit, convincit, & sibi omnia  
submissa reddit. Cui verosimi-  
lè fiat, velle illam sibi metipsi  
excidere, præsertim dulcis ipsa  
ac suavis, cum sit & comprimis  
efficax; cum ab animabus no-  
stris servitutem non exigat, nisi  
voluntariam, cum non velit ip-  
sa milites suos, Imperatorem  
suum gementes sequi, cum sit  
denique Bonitas & Sapientia  
illius Dei, qui Deus est omnis  
consolationis & solatii, Deus  
pacis, & non nisi à se ultro &  
sponte liberâ amantibus, amet  
amari?

Absit

*E noj*

Absit  
ulla à B  
abeunti  
Ergone  
as! Ut  
tus es,  
muner  
sustinea  
lis, qui  
legitim  
Domi  
mi mor  
inclina  
us pro  
exterm  
dis, &  
omniu  
quæ no  
elimina  
malitia



XXXIV.

Absit absit à me ô Deus, ut  
ulla à Bonitate tua in diversum  
abeuntia in animum admittam.  
Ergone Tu creaveris ut destru-  
as! Ut quibus esse suum largi-  
tus es, eas perditum! Ut ipse  
munerum tuorum prædo esse  
sustineas! Ut tyrannum te ve-  
lis, qui Pater es, qui Dominus  
legitimus! Tui operis est, mi  
Domine, subvertere malos ani-  
mi motus, & ex adverso bonas  
inclinationes in majus & meli-  
us promovere. Qui improba  
exterminas, idem bona & con-  
dis, & multiplicas, perfectorum  
omnium autor & principium:  
quæ noxis vitiisque foeda sunt,  
eliminans. Aufers à voluntatibus  
malitiam, à libertate servitatem,  
cri-



94 *Notitia Divina Gratia,*  
crimina ab animabus nostris,  
nec non & cum vinclis carce-  
rem ab arbitriis jubes abesse.  
Relinquis voluntatem liberam,  
relinquis ei libertatem sanctam,  
animabus puritatem suam ad-  
dis, & spiritui sanctimoniam.  
Sunt hæc omnia, per tuam il-  
lam Gratiam, quæ omnium est  
victrix, omnium Imperatrix.

XXXV.

Tu Domine Deus meus, ut  
qui optimè conscius sis quàm  
fragilis res nostra sit voluntas,  
si ea in manibus nostris relin-  
quatur, tuâ illam manu validè  
sustentas, est illa Tibi, ut qui  
eam creaveris, longè perspectis-  
sima. Tenes nullâ eam liber-  
tate potiri posse, nisi Tibi sub-  
missam: ni Tu eam robores,  
fir-

*E*  
firmes  
est, la  
prolap

*Sim*

*Vu*

*Me*

Quæ  
suum  
boqu  
quant  
in ea  
pecca  
ut qu  
ret co  
usque  
re nu  
à lap  
conci



*& nostrarum Calamitatum. 98*  
firmes, statumines, imbecillis  
est, languida, miseranda. Ita à  
prolapsu primo sauciata, ut ei  
*Sint lachrimæ sanguis, quæcum-  
que foramina novit*  
*Vulnus, ab his largus manet*  
*crucor, undique plexis*  
*Membra fluant venis. Totum*  
*est pro vulnere corpus.*

Quæ agit, omnia prava sunt &  
suum vulnus habentia, sanie ta-  
boque fluitantia, corrupta,  
quantumque à se habet, nihil  
in ea sani. Perdurat in nobis  
peccati tam triste fomentum,  
ut quæ nostris affectibus inhæ-  
ret corruptela, ad malum nos  
usque sollicitare atque impelle-  
re nusquam absistat. Vix nos  
à lapsu ereximus, quin ilicet  
concidamus denuò. Cum ca-  
di-



96 *Notitia Divina Gratia,*  
dimus, defunt nobis vires qui-  
bus nos relevemus. Tu ad hæc  
mi Domine, qui fragilitatem,  
qui mala mea habes cognita,  
de adhibendis mihi remediis  
curam geris, necessitatibus meis  
succurris, debilitati meæ, per  
tuum robur opem adfers igno-  
rantiam meam per bona tua  
consilia emendas, dolores le-  
vas, vulneribus meis medicaris,  
animas prostratum pectus, ca-  
ligantes oculos illuminas. Ag-  
nosco pervideoque perinde ut  
vas testaceum terræ allisum  
confringitur, si tuis anima no-  
stra manibus exciderit in sco-  
pulos & saxa peccatorum jacta-  
tam ad eundem modum esse  
confringendam; usque adeo  
opus ei, ut eam tua sibi teneat,  
atten-

& n  
atten  
illarum  
ut mu  
cumq  
permi  
culum  
gressu  
sum;  
ac reg  
eans a  
& sup  
alas si  
portav  
Domi  
libera  
Dixi e  
nas si  
& rec  
Domi  
sibi no  
in Te



*Et nostrarum Calamitatum. 97*  
attentam asservet, amantissima  
illarum Bonitas tua. Hæc illa,  
ut multum benigna mater, qua-  
cumque velit evagari illam non  
permittit. Dum undique peri-  
culum videt, & ad singulos  
gressus metuendum ei prolap-  
sum; manu benignâ tenet eam  
ac regit. Sicut aquila provo-  
cans ad volandum pullos suos,  
& super eos volitans, expandit  
alas suas, & assumsit eam &  
portavit in humeris suis. Tu  
Domine, Tu Dei Filius, si nos  
liberaveris, verè liberi erimus.  
Dixi ego, quis dabit mihi pen-  
nas sicut columbæ, & volabo  
& requiescam! Tu is es mi  
Domine, sit illa licet irrequieta,  
sibi non constans, sibi perdita,  
in Te quietem suam inveniet,  
E acqui-



98 *Notitia Divina Gratia,*  
acquiescet sub umbra alarum  
tuarum segura, absque Te nec  
amissam libertatem recuperet,  
nec vel ad momentum tempo-  
ris, suis se viribus sustentet.

XXXVI.

In Te ô Domine totum ro-  
bur est meum, tota securitas,  
Tu mihi in absolutam numeris  
omnibus perfectionem es, Tu  
meum decus, absque Te nihil  
mihi perfectum, nihil decorum,  
absque Te possibile non est, ut  
in vires se ullas asserat imbecil-  
litas mea, ut me ulla securum  
præsent. Si me mihi permitto,  
proruo mole mea pressus; tuum  
est Tibi attinere & sustinere la-  
bantem hanc animam. Nisi il-  
lam tyrannidi peccatorum &  
eriminum eximis, nisi suavissi-  
mis

Et n  
mis tu  
Gratia  
adglut  
geniti  
semper  
Cur a  
mi De  
permit  
catoru  
tuam i  
triump  
Gratia  
Tu ad  
dites!  
id est g  
Respice  
spice q  
aut per  
erimini  
gendun  
Domin



*& nostrarum Calamitarum.* 99  
mis tuis innectis servitiis, nisi  
Gratiæ tuæ libertatem meam  
adglutinas; periit funditus. Eâ  
geniti sumus conditione, ut  
semper serviendum sit nobis.  
Cur amabo, (quod Te rogo  
mi Domine nunquam ut fieri  
permittas) infoelix serva pec-  
catorum sit anima nostra, si  
tuam illi servitutem anteferat, si  
triumphum de se tuam agere  
Gratiam desiderat! Si & ipsi  
Tu ad ita eligendū vires suppe-  
dites! Per Te per tuam omne  
id est gratiam, sic quod eligat.  
Respice me Domine Deus, re-  
spice quid Tu ab animâ meâ,  
aut per Te validè sustentatâ, aut  
criminibus miserè relictâ, eli-  
gendum superet. Si Tu mi  
Domine, animam meam non

E 2 ad-



100 *Notitia Divina Gratia,*  
addis nō reddis servitiis tuis, per  
gratiam per Bonitatem tuam, si  
non suffulcis, sustentas, roboras  
animatā fortiter facis esse, & in  
illos quos habere debeat spiri-  
tus sibi sumere perit in eternū.

### XXXVII.

O Supreme Salvator & Re-  
demtor meus, non nisi in unā  
infinītā potentiā tuā, quæ infir-  
mitatem à me meam cispellit, ut  
& illā tuā autoritate, quæ tur-  
gentem nimias per præsumtio-  
nes animi mei impotentiam co-  
hibet & coërcet, in immutabili  
charitate tuā quæ calamitatibus  
meis benigna compatitur, in  
tuā quā omnia mea moderaris  
& regis, promptitudine, in tuā  
denique vivā Bonitate & Mi-  
sericordiā, quæ me separatum  
per Te à malis, in bonum mo-

*Et nost*  
vet &  
fita est

Ecq  
hi poss  
guor ip  
modo  
ipsa sun  
evalean  
perseve  
vanitas  
Tu mi  
constan  
lis, inv  
opem f  
appeter  
quæ sa  
Possem  
operari  
præsum  
spe præ



*& nostrarum Calamitarum.* 101  
vet & promovet, suprema salus  
fita est.

### XXXVIII.

Ecquo modo succurrere mi-  
hi possem qui non sum nisi lan-  
guor ipse, & ipse turpor, ecquo  
modo attollere me ipsum qui  
ipsa sum infirmitas! Quomodo  
evaleam in bono constanter  
perseverare qui totus ipse sum  
vanitas & inconstantia? Nisi  
Tu mi Domine, qui æterna es  
constantia, fortitudo invincibi-  
lis, invicta, bonitas infinita,  
opem ferres, juvares, adigeres  
appetere bona, adspirare ad ea  
quæ sancta sunt & perfecta?  
Possemne ego omnino aliquid  
operari, possemne vel animo  
presumere, desiderio complecti,  
spe præcipere, nedum præstare?

E 3

Nisi



102 *Notitia Divina Gratia,*  
Nisi quod per candidissimam  
tuam comitatem, per validum  
auxilium tuum Tu me move-  
res; possemne ego memetipsum  
impellere ad recti quid facien-  
dum? Tibi mea omnia debeo  
mi Domine. Vero verius est,  
infinitam, quæ Tibi semper est,  
clementiam & misericordiam,  
dum me firmiter retinent, & ne  
auferar, impediunt, solas esse,  
quæ pervincant, ut ne partibus  
tuis desertis ad infestissimum  
mihi hostem, perfuga me com-  
parem, & æterno me per mea  
crimina exitio involvam. Vero  
verius est, id ipsum quod non  
sim dejectus in infima terræ lo-  
ca, indè esse, quod Tu Te quo-  
minus id fieret Summe Deus  
opposueris, objeceris. Certum  
de-

*& nost*  
deniqu  
ter me  
stantian  
velle, &  
illis inte  
meam c  
ac coën  
ex suâ  
æternas

Qu  
jam lap  
protect  
dextera  
ties alle  
mea m  
præcep  
infinita  
misti, li  
hanc o  
isti! Q



*Et nostrarum Calamitatum.* 103  
denique est, non aliam esse in-  
ter me & æternas pœnas di-  
stantiam, quam unicum meum  
velle, & quod Tu medium Te  
illis interponendo, voluntatem  
meam circumscriptam per Te,  
ac coërcitam sic modereris, ut  
ex suâ facta tota tua, pœnas  
æternas evitet.

XXXIX.

Quoties mi Domine jam  
jam lapsuro ac cadenti dedisti  
protectionem salutis meæ, &  
dextera tua suscepit me? quo-  
ties allevasti jam lapsum cum  
mea me crimina egissent in  
præceps? quoties me illis per  
infinitam tuam charitatem exe-  
misti, liberaisti! malè perditam  
hanc oviculam in viam redux-  
isti! Quoties me quem voluisti

E 4

esse



104 *Notitia Divina Gratia,*  
esse monetam tuo sanguine  
signatam, quæsiuisti & inve-  
nisti? Tu me sane, filium pro-  
digum, cum amicis luto suibus  
siliquas & furfures in famelicam  
alvum ingerentem, suscepisti,  
susceptum etiam tuam in Gra-  
tiam restituisti.

X L.

Magnis certe mei mihi no-  
titia expensis constat, qui eam  
non nisi per damna mea acqui-  
ro, & per mala mea salutem in-  
venio. Agnosco summopere  
Te à me fuisse offensum, ante-  
quàm me, bone Domine, hu-  
miliares. Hui! quanta mihi  
bona contulit, quod me Tibi  
depresseris! Quàm grave id cri-  
men meum fuit, quod per de-  
pressionem mei, finem malo-  
rum

*Et no*  
rum d  
speran  
ô Do  
titiam  
Morb  
no co  
esse n  
quæ n  
comp  
noxas  
Dom  
dem v  
placitu  
hoc ad  
ad fer  
detesta  
me pro  
Dom  
tem p  
credide  
ter op



*& nostrarum Calamitatum.* 105  
rum dedit, ut possem, auderem  
sperare! Ut Te læsisse nocuit  
ô Domine! Ut profuit ad no-  
titiâ mei potuisse pervenire!  
Morbo sanitatem debere, mag-  
no constat. Non potest non  
esse multum cara experientia,  
quæ non nisi per dispendia  
comparatur, & errores inter ac  
noxas acquiritur. Ut ut sit, mi  
Domine, & qualecumque tan-  
dem velit, hac certe mercede  
placiturus erit, jurabit, si per  
hoc ad pænitentiam deducor: si  
ad seriam criminum meorum  
detestationem. Docet meus  
me prolapsus, Te unum esse, ô  
Domine, qui attollere jacen-  
tem possis. Agnosco me qui  
credideram posse per me virili-  
ter operari, id nisi contrâ me

E 5 non



106 *Notitia Divinae Gratiae,*  
non posse. Agnosco longè  
esse me debilissimum, qui me  
credideram longè fortissimum,  
qui constantem opinabar. In-  
frà me habentem pericula, ipsa  
vanitate vaniorem esse depre-  
hendo, idque propter vitiis suc-  
cumbere; & dum me mali ani-  
mi mei motus pro libitu agunt  
feruntque, hostibus meis impa-  
rem. Agnosco prorsus in me,  
præter lapsus, errores, vitia ni-  
hil esse. Agnosco in me cordis  
in mala quævis amplectenda  
devexi pervicacem duritiem.  
Per hanc illam bona quævis  
turpiter averfatur & fugit. Ag-  
nosco me pessimam scaturigi-  
nem desideriorum mecum &  
intus in me circumferre, cor-  
ruptamque & infectam veneno

ra-

*Et nos*  
radice  
us eff  
ditio,

Ro  
ator  
qui an  
supra a  
am aga  
pro O  
cordia  
malè f  
nes dis  
futilia,  
traria e  
nunc n  
ens fov  
re. R  
quanta  
possum  
mumq



*Et nostrarum Calamitatum.* 107  
radicem, cuius merito alii fructus esse non possint, quàm perditio, quàm mors.

XLI.

Rogo Te Domine qui Creator Redemptorque meus es, qui animarum nostrarum; ut supra atque in voluntatem meam agas, inque ipsius bonum, pro Omnipotentia & Misericordia tua. Illius languidas & malè sibi hærentes inclinationes dissipa, quæ vana fovet, quæ futilia, per Te facestant. Contraria ei omnia & ab iis quæ nunc malè feriata atque insipiens fovet, longè remota, largire. Rogo Te, mi Domine, quanta mei cum demissione possum, rogo optimum maximumque in modum, rogo Te

E 6 per



108 *Notitia Divina Gratia,*  
merita perque efficaciam pre-  
ciosissimi quem pro nobis effu-  
disti Sanguinis, ut omnem ei  
duriciem auferas. Animam  
meam ut malis resistat firma, ut  
eis repugnet, spiritum meum  
dura. Desideria mea, ex malis  
commuta in bona; animi mei  
propensiones ac motus, ex im-  
perfectis velis esse perfectos:  
studia ejus terrenis hactenus &  
corporeis affixa, in spiritualia,  
æterna, validè rege, & in istis  
sibi curandis, comparandis tota  
ut sit, effice. Ad servandam  
legem tuam, fidem, quam decet,  
adferat constans ipsa & immo-  
ta. Ne pessumdent eam tenta-  
tiones malæ, ne superent: nul-  
lus eam sequior impulsus de  
gradu dejiciat, nulla ipsam, Te,  
Tua

*& no*  
Tua  
tem  
sint,  
nean  
nia q  
mum  
fimo  
ones

N  
sint q  
tati n  
dant,  
am co  
Eam  
vam  
ducta  
tuam  
umqu  
vum,  
ram



Tua sancta decreta, tua sequentem mandata, impeditam velint, nulla morentur, aut detineant: sint ibi facta tecta omnia quæ Tu ei, qui illius summum æternum es, per optatissimos afflatus tuos & inspirationes communicare dignaberis.

**X L I I.**

Nulla omnino mi Domine, sint quæ frigus aliquod voluntati meæ tunc temporis affundant, cum eam ad tuam gratiam consequendam excitaveris. Eam Tibi habe tanquam novam, & à Te ex tempore deductam in suum esse creaturam tuam, & cor mihi novum sanctumque condona: spiritum novum, voluntatem novam. Veram ei ad Te conversionem



110 *Notitia Divinae Gratia,*  
largire. Cor mundū in me crea  
Deus, crea conforme tuæ puri-  
tati, docile gratiæ tuę accipiendę  
paratum, idoneum, simplex,  
quodque à sanctissimæ tuæ le-  
ges observantia nunquam rece-  
dat. Nec creasse id Tibi mi  
Domine suffecerit, rogaris ut  
& confirmes à Te creatum, &  
per robur tuum emunias, &  
noves in interiora illius effuso  
spiritu: pia ejus, si qua ullo tem-  
pore fuere, desideria, & pro  
desideriis instituta ac proposita,  
renoves de die in diem, de mo-  
mento in momentum. Quando  
& illæ quibus obsessa, obvalla-  
ta tenetur infirmitates identi-  
dem recursant; ei que assilire,  
eam infestare non desinunt,  
Spiritus rectum innova in vis-  
ceri-

& nost  
ceribu  
dis me  
posside  
tuum.  
virtutu  
præcon  
rectum  
ritatis v  
affecta  
nunqu  
vorsum  
clinet.  
candid  
landi n  
bus pra  
bi plac  
as à fac  
sanctur

Pos  
meritiss



*& nostrarum Calamitatum.* I. I. I.  
ceribus meis. Penitissimis cor-  
dis mei in recessibus habeam,  
possideam, teneam, Spiritum  
tuum. Sacra tua voce tuarum  
virtutum, plena fac habeam  
præcordia. Da mihi spiritum  
rectum qui dum ad regiam ve-  
ritatis viam se ferre atque agere  
affectat, nusquam abnormet,  
nunquam extra eam dextro  
vorsum aut sinistro vorsum de-  
clinat. Da spiritum simplicem,  
candidum, simulandi, dissimu-  
landi nescium, sine affectioni-  
bus pravis qui sit, sine vitiis Ti-  
bi placitum. Ne me projec-  
tas à facie tua, & Spiritum tuum  
sanctum ne auferas à me.

**XLIII.**

Posses mi Domine, posses  
meritissimo jure divinum tuum  
Spi-



112 *Notitia Divinae Gratia,*  
Spiritus mihi subducere, à me  
auferre : posses Te totum, qui  
mortalium ago miserrimus, à  
me avertere, qui quantus quan-  
tus sum, fateri me cogor homi-  
nem esse non vitiosum sed viti-  
um, nec tam peccatorem quam  
verius peccatum. Tum quid  
ni Te mihi neges, qui me toties  
Tibi negavi? Quo jure petam  
ego faciem tuam ad me ut ad-  
vertas, qui Tibi toties humeros  
obverti? Interim tamen etsi  
id quam justissimè à Te fieret,  
& pro tua justitia; fas mihi quo-  
que sit ad tuam, ô bone Deus,  
immensam misericordiam, ad  
carentem sine bonitatem tuam,  
confugere, easque supplices per  
preces mihi deposcere. Ne me  
Tibi auferas, ô Domine, sed  
po-

*& nostra*  
potius n  
vere po  
tuâ in a

Non  
rogo ut  
ves in v  
lum ut n  
& Spiri  
auferas  
lem tuu  
ritu tu  
me. C  
mihi da  
firmes,  
Te, qu  
rum; nu  
virium  
defectu  
æternu  
ædifici



*Et nostrarum Calamitatum.* 113  
potius me mihi, quò tecum vi-  
vere possim & beatificâ visione  
tuâ in æternum perfrui.

XLI V.

Non solum, Creator meus,  
rogo ut spiritum rectum inno-  
ves in visceribus meis, non so-  
lum ut non projicias à facie tua,  
& Spiritum tuum sanctum ne  
auferas à me. Sed & principa-  
lem tuum Spiritum peto. Spi-  
ritu tuo principali confirma  
me. Certum est nisi ipse qui  
mihi das spiritum, eundem con-  
firmes, solidum efficias, & per  
Te, qualis esse desidero, libe-  
rum; nullius futurus sim valoris,  
virium nullarum, atque ilico  
defecturus. Necessè est, ô  
æternum Bonum meum, ut  
ædificium tuæ ergà & in me  
gra-



114 *Notitia Divina Gratia,*  
gratiæ, ab ipsis auspiceris fun-  
damentis, erigas, attollas, ab-  
solvas. Ipse ut à meis partibus,  
per demississimam humilitatem  
auspicari id possim, mihi largiri,  
tuæ Bonitatis opus erit, tuarum  
quas pro me, semper vigil, ge-  
ris curarum. Tuum erit soli-  
damenta virtutum tuarum mihi  
sufficere, quibus arietantes, in-  
cursantes in me affectus pravos  
retundam, & à me resalire faci-  
am. Da ut accipiam omnem  
armaturam tuam, ut possim re-  
sistere in die malo, & in omni-  
bus stare perfectus. Stem lum-  
bos succinctus in veritate, &  
indutus lorica[m] justitiæ, sim  
calceatus pedes in præparatio-  
nem Evangelii pacis, in omni-  
bus sumens scutum Fidei, in  
quo

*Et nost*  
quo po  
simi ig  
leam f  
um sp  
Dei, d  
bellum  
me dir  
que ju  
si facer  
vi fort

Fac  
Te, &  
ricord  
agnosc  
fortem  
uno d  
meoru  
qui m  
dition  
princip



*& nostrarum Calamitatum.* 115  
quo possim omnia tela nequif-  
simi ignea restinguere, da, ga-  
leam salutis assumere, & gladi-  
um spiritûs, quod est verbum  
Dei, da mihi robur, da vires in  
bellum. Tuum est me movere,  
me dirigere, me gubernare, in-  
que justas vires asserere; quod  
si facere tibi placuerit, vicimus  
vi fortes, triumphatores sumus.

X L V.

Fac mi Deus, ut noverim  
Te, & noverim me. Fac mise-  
ricordiam tuam ut comprimis  
agnoscam, miseramque meam  
sortem deplem. Fac in Te  
uno deprehendam auxiliorum  
meorum fontem fomitemque,  
qui mihimet ipsi ruinæ ac per-  
ditionis meæ ab ipsa origine  
principia & progressus depre-  
hen-



116 *Notitia Divina Gratia,*  
hendo : qui re ipsa comperior,  
non habere me ullum mihi præ  
me ipso magis inimicum. Quin  
imo nec tantum in me malo-  
rum vel ipsa eructare posse tar-  
tara, quantum ego illa, in cu-  
mulum mihi, in dirum exitum,  
in pœnas æternas coacerro, &  
nisi quod retines, ipse mihi ar-  
cesso. Fac me scire ô bone  
Deus ! me talia & istis gemina  
agendo, ab æterna memet bea-  
titudine avertere, & quidem  
toties quoties tua me bonitas  
non suffulcit : & proindè non  
debere me cuiquam memet ip-  
sum, præterquam uni Tibi mi  
Deus, tuæque misericordiæ  
juxta forti, juxta munificæ, &  
infinita per pietatis & clemen-  
tiæ bene de me merita sese sem-  
per

Et no  
per  
tanti  
numi

As  
non h  
form  
am v  
ne ta  
esse c  
Neq  
aut n  
fuit a  
co ef  
quæ  
id ips  
elego  
ipsun  
esset,  
te ef  
excid



*de nostrarum Calamitatum.* 117  
per æquanti, mensuramque  
tanti & nominis implenti &  
numinis.

X L V I.

Agnosco mi Domine, quod  
non habeam adversarium æque  
formidabilem quam ipsam me-  
am voluntatem; quod à nemi-  
ne tam alienum tam refugum  
esse oporteat, quam à me ipso.  
Neque enim ullus aut plurium  
aut majorum malorum mihi  
fuit auctor quam ego. Agnos-  
co esse meæ electionis, & illius  
quæ eam excepit, ruinæ meæ  
id ipsum, quod Te mihi non  
elegerim potissimum, ut ut id  
ipsum eligere in manu mea nec  
esset, neque nisi Te conceden-  
te esse posset. Quo funditus  
excidam, inteream, perdar, non  
est



118 *Notitia Divinae Gratiae,*  
est ut multis mi Domine, labo-  
res: unica plus satis ei perfici-  
endo permissio tua suffecerit,  
ab hoc omnia se in necem &  
ruinam actutum accingent, va-  
lebunt. Agnosco, quod dum  
Tibi inservio, Te adoro, Te in  
me agentem admitto, sic ope-  
ror quidem, at Tu quidquid sic  
à me fit largiris, creas, promo-  
ves. Absque Te nihil egerim,  
atque vel inservire Tibi ut pos-  
sim, non dicam placere, longè  
abest, nedum ut in ullo bono  
perseverare me posse mihi per-  
suadeam. Nequidem illa quæ  
nunc sentio, aut sentire mihi  
videor, in sensum meum cade-  
rent, se à me sentiri posse per-  
mitterent.

Ergo

Et no

Er  
nibus  
aut m  
sunt,  
renun  
à Te  
tingit  
ample  
me si  
Sunt  
contr  
altera  
nica.  
niant  
illinc  
mea,  
sum  
tineat  
ter se  
tunt



XLVII.

Ergo etiam ô Domine omnibus omnino quæ in me sunt, aut mea, aut quæ circum me sunt, nisi & ipsa simul à Te sint, renuntio. Quicquid verò mihi à Te aut per Te obvenire contingit, magni id omne æstimo, amplector, ut admissionis apud me sint intimæ, exactè curo. Sunt in me duæ admodum sibi contrariæ Civitates, quarum altera Tua est, altera Babylo- nica. Non quod bene conveniant & in una sede morentur illinc tua Gratia, hinc peccata mea, sed quod ut ut Gratia tua summum in nos imperium obtineat, sæpe numero tamen inter se quam acerrimè committuntur: dum naturæ meæ curæ  
in



120 *Notitia Divinae Gratiae,*  
in pravum induruit, pervicacia  
vel Gratiae tuae decedere pervi-  
caciter recusat. Ut ut amoris  
tui me sensu tangi capi compe-  
riar, ilicet tamen qui mei mihi  
est perversus amor, tuum amo-  
rem, si possit foras extrusum  
velit. Obnixa stat pars inferi-  
or mei, stat refractoria, stat  
contumax, eoque nomine abo-  
minanda. Quicquid affectus  
mei pravi habent, quicquid ani-  
mi mei impulsus habet perversi,  
quicquid in scelera & nefas  
provexi in unum coit, facto  
agmine: quicquid boni quid  
habet, quicquid aliqua se per-  
fectionis gloria commendare  
possit, pro se quisque expugna-  
tum velint, ni superioribus ani-  
mae partibus accederes, easque  
&

& nos  
& animi  
num s  
tio in  
Caro e  
sus spi  
carnem  
cem ac  
cumqu  
Vita h  
litia est  
prælia,  
dique  
rum.  
guo im  
parata  
nostræ  
Te offe  
facilitas  
observo  
parvis i  
quod c



*& nostrarum Calamitatum.* 121  
& animares & armares, in æternum servire cogentur. Sentio in me bella, horrida bella. Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem. Hæc enim sibi invicem adversantur, non ut quæcumque velimus, illa faciamus. Vita hominis super terram, militia est. Omnia bellum spirant, prælia, strages, victorias, & undique se alternantes vices rerum. O Domine quam exiguo intervallo à se invicem separata sunt, illinc infirmitatis nostræ maligna tenuitas & ad Te offensandum quam prona facilitas, hinc cultus ille quo Te observo, ac deveneror! Quam parvis inter se distant spatiis, & quod criminibus meis illachry-

F                      mem,



122 *Notitia Divina Gratiæ,*  
mem, & quod in ea me indu-  
am! Quam non longe à se di-  
stant quod Te amo & sequor  
modo, modo abs Te divortio  
facto, res Tibi tuas habeas ju-  
beo; & Te totum vel prorsus  
abnego! Lachrymis vixdum  
deterfis, iterum eo in offensum  
Tui. Momentum non inter-  
cedit, quod à percepto, quanta  
Tui sit dulcedo, quam sis ama-  
bilis, & quanta Tui ad nos af-  
fluxus gratiæ, nostri nos iterum  
statim mali affectus in contra-  
ria raptent, eaque in peccata  
sua denuo ferantur facilitate ac  
comitate, ut omnino illorum  
in se imperia constabilita vere  
liquido testentur. Recipiunt  
illa, admittunt, promoventque.  
Vicissim vixdum procido, cum  
Tu

*& n*  
Tu au  
per T  
vos la  
tande  
hoc r  
fragili  
tus tu  
at, se  
quibu  
reliqu  
tute t  
fane l  
que i  
justa,  
defigi  
mimu  
singul

Ben  
mi Do  
notitia



*& nostrarum Calamitatum.* 123

Tu attollis: ego vero vixdum per Te euectus sum, cum in novos lapsus feror. Quid hoc retandem est mi Domine, quid hoc rei; si non, quod vasculis fragilibus clausum se teneat virtus tua, nec fragilibus dumtaxat, sed quæ fas sit miserari, in quibus ad hæc nihil boni sit reliquum præter id quod à virtute tua habent. Argumento sane longè id fortissimo sit atque invicto, quod si qua pia, justa, voto desideramus, si qua designamus, si qua facto exprimimus, deberi universa illa & singula uni misericordiæ tuæ.

**XLVIII.**

Bene placeat Tibi exinde, omni Domine, ut meimet ipsius notitia in gaudium mihi ac solati-

F 2

lati-



124 *Notitia Divinae Gratiae,*  
latium cedat, sed magis Tui.  
-Beneplaceat me posse indefes-  
lis cogitationibus in id intendi,  
Tu quis sis: ego quis ut ne mi-  
hi lateat. Est mihi hoc in sum-  
ma votorum. Da mihi, sum-  
me Deus, considerandi omni-  
potentiam tuam facultatem: da  
clementiæ; da omnium, quæ  
devoti, quæ supplices, ex debito  
nostro, meritoque vestro, sum-  
mo illius numini offerimus,  
immensæ vestræ in nos pietati  
omnibusque quæ jure tuo nos  
Tibi tribuere fas æquumque est  
vectigales: tuorum at compri-  
mis illorum beneficiorum, per  
quæ redemptos nos voluisti,  
redemisti, nunquam non me-  
mores quanto pretio simus re-  
dempti, & nunquam ejus me-  
mo-

*E*n  
mori  
nostr  
la fue  
dia:  
nostr  
ipse p  
nostr  
pacis  
livore  
ut qu  
ab im  
robur  
struat  
sub c  
Ut qu  
ta, n  
cedan  
Tibi p  
pergre  
mibi c  
magis



*Et nostrarum Calamitatum.* 125  
moriā posituros, quod malis  
nostris nusquam ulla alia mede-  
la fuerit, quam à tua misericor-  
dia: quod verè languores Tu  
nostros tuleris, dolores nostros  
ipse portaveris, propter scelera  
nostra attritus fueris, disciplina  
pacis nostræ super Te sit: & tuo  
livore sanati simus. Est ergo,  
ut quæ nobis incumbunt mala,  
ab imbecillitate nostra, tuum  
robur debellet, exuperet, de-  
struat, evertat, exterminet, suæ  
sub clementiæ jugum mittat,  
Ut quæ Tibi attribuimus debi-  
ta, nobisque & malis nostris  
cedant in remedium, ut quæ  
Tibi perfectionem omnem su-  
pergressa est perfectio, invitam  
mibi cedat, quantâcumque vitâ,  
magis vitalem: ut in gaudium,

F 3

qui-



126. *Notitia Divina Gratia,*  
quibuscumque gaudiis sublimi-  
as exeat, dum vivo, & vitam  
quoque super omnem, & quid-  
quid mihi, Deus meus, voluisti;  
se super offerat. Sis Tu omnia  
in omnibus, Deus. Sim ego  
nihil in omnibus, per omnia,  
in me ipso me comprimis, qui  
nihil sum absque Te; & si quid  
nihilo aut dari aut cogitari po-  
test minutum magis. Sciam  
omnes uni mihi pœnas deberi,  
nec esse, nisi per Te unum,  
quid ut consequar quod re ve-  
ra decorum sit, aut mihi id asse-  
quenti gloriosum.

X L I X.

Velis, bone Deus, ut homi-  
nes qui sumus, cum desideriiis  
curisque nostris, solatiorum  
nostrorum spem, solatia quæ-  
cum-

& nost  
cumqu  
tura n  
unâ t  
unicè,  
mus c  
quippe  
hærean  
sequar  
spirati  
in tuas  
imitan  
bus es  
issimè  
quippe  
suum.  
stram  
tuam  
per Te  
Redde  
captivi  
redona



*Et nostrarum Calamitatum.* 127  
cumque & quæ ex illis obven-  
tura nobis gaudia speramus, in  
unâ tuâ Misericordiâ, quam  
unicè, unicam petimus, habea-  
mus collocata: ut ei, (alternæ  
quippe & toti tuæ) placeamus;  
hæreamus mandatis tuis; tua  
sequamur consilia: tuas ad in-  
spirationes vigiles excitemur:  
in tuas intenti virtutes, & ad ea  
imitanda proni, quæ in omni-  
bus esse dedisti quam perfect-  
issimè expressa: Te referentia:  
quippe Creatorem Auctorem  
suum. Da, cæci ad lucem ve-  
stram nos agamus, infirmi ad  
tuam medelam, jam mortui,  
per Te, ut à morte resurgamus.  
Redde Te propitium egenis,  
captivis libertatem pristinam  
redona, sit suum à Te solatium

F 4

af-



128 *Notitia Divina Gratia,*  
afflictis, sit indignâ sub perse-  
cutione laborantibus à Te tu-  
rela, esto Tu iis asylum, redde  
tristibus per quæ gaudeant: ma-  
le turbatis, per quæ ad tran-  
quillitatem se componant: ser-  
vis libertatem. Da hæc omnia  
per tuam, miseri, gratiam con-  
sequamur, omnia hæc, & si quæ  
sunt his majora, esse, provenire,  
& providere ab Omnipotenti  
Dei sola manu fatemur debere  
procedere, & non nisi ab infi-  
nitâ tui unius misericordiâ ad  
nos præter meritum defluere  
agnoscimus. Uni tuæ Gratia  
vestræ auxilia nostra debemus,  
qui eidem, quod sumus, quod  
vivimus, cui nostras resurgendi,  
ipsis quoque à rogis & sepul-  
chris, spes nostras; cui tot tan-  
to-

& nos  
torum  
quibus  
rendis,  
quam

Om  
mine,  
bi acce  
debuist  
missum  
camus  
dum?  
stris T  
contuli  
nostra  
giente  
Quis co  
non da  
Quis et  
tendere  
Te ut a



*& nostrarum Calamitatum.* 129  
torumque bonorum gaudia,  
quibus nos ebuccinandis offe-  
rendis, rumpamur licet, nun-  
quam simus suffecturi.

L.

Omnia nobis donasti Do-  
mine, proindè quoque illa Ti-  
bi acceptum ferimus. At enim  
debuistine illa nobis post com-  
missum illud quod origine vo-  
camus peccatum tam horren-  
dum? Quid nos ex reculis no-  
stris Tibi in redhostimentum  
contulimus, præter crimina  
nostra & noxas? Te non lar-  
giente quæ possemus donare?  
Quis conqueri potest, ea quæ  
non das, sibi data non fuisse.  
Quis etiam precibus non con-  
tendere potest, Tibi ut seruiat,  
Te ut agnoscat sibi Dominum,  
F S ut



130 *Notitia Divina Gratia,*  
ut quæ illi data velis & concessa,  
ea quoque des! Estne quispiam  
qui jure crediti infinitam  
tuam Misericordiam ac Grati-  
am sibi audeat vendicare? Est-  
ne qui dicere aliquid juris sibi  
esse, cujus intuitu charitatem  
tuam ipsi debeas? Ecquod ef-  
set si non hoc peccatum, illud  
quod in Majestatem tuam Lu-  
cifero fuit commissum, si lice-  
ret quis non Te sed semet ip-  
sum salutis suæ esse auctorem?  
Per sua Tibi merita ad Glori-  
am tuam jus esse? Forte sit, ut  
æternæ Charitatis, ut beneficent-  
iæ infinitæ non simus debito-  
res? Forte cum nos crearas,  
gratiam etiam nobis non est  
impartitus? Forte non offen-  
dimus Te peccatis nostris?  
For-

*& nos*  
Forte  
nes in  
nis me  
Forte  
dedisti  
semus  
illius,  
dispen  
non e  
tentia  
contrit  
comm  
am sua  
perditu  
ab im  
tineri u  
Tu Pri  
punctio  
homine  
nas, in  
iturus.



*& nostrarum Calamitatum. 131*

Forte per nostras transgressio-  
nes in æternum condemnatio-  
nis meritum non incurrimus.  
Forte & Tu non dedisti ut non  
dedisti, ut peccatis nostris pos-  
semus illachrymare? Aut lucis  
illius, per quam nostra nobis  
dispendia ad oculos, patent,  
non es auctor: ut nec pœni-  
tentia, compunctionis, aut  
contritionis istius per quam ad  
commissa sua suspirat, superbi-  
am suam deplorat, seque esse  
perditum? Hæc omnia sanè  
ab immensa Bonitate tua ob-  
tineri ut possent, opus fuit ut  
Tu Princeps lachrymas, com-  
punctiones, donares, adeoque  
hominem ipse indueres, in pœ-  
nas, in mortem pro hominibus  
iturus. Opus fuit effundi pre-  
cio-

F 6

cio-



132 *Notitia Divinae Gratia,*  
ciosissimum illum sanguinem  
tuum, ut ad nos qui Christum  
professi, glorioso Christiano-  
rum nomine insignes nos feri-  
mus ac sublimes, omne quod  
ex illo redundat lucrum def-  
cenderet: opus est singulis nos  
momentis, & semper citrà in-  
termissionem nos juves, nobis  
opituleris, adsis, foveas, perpe-  
tuam geras nostri curam, pro-  
tegendis, defendendis nobis,  
semper agas intentus.

L I.

Ecquis, præter Te, mi Do-  
mine, salutem meam se totum de-  
vovit, impendit? Ecquis præter  
Te omnium bonorum meo-  
rum auctor fuit? Quid à me  
aliud, quam quod ad sanctas in-  
spirationes tuas pervicax, iis  
ob-

& nost  
obnixu  
repugn  
bene à  
imput  
cepta  
jumen  
ta for  
mi Do  
junge  
morte  
retuli  
delam  
datur  
pecca  
omni  
go &  
imper  
dum  
ciam  
quod  
mihi



obnixus, rebellis, obstiterim, repugnarim? Si quæ suppono bene à me facta, cui est quod imputare illa debeam, quod accepta ferre? Quis mihi hic adiumento, quis opem tulit? Totâ fors mea, toto asse est tua, mi Domine, & comites illi adjungere dolores tuos, tuam mortem licet, quamque ab illis retuli malorum meorum medelam, atque ipsam, quâ frui datur, vitam. A me non nisi peccata quævis, à Te Gratia omnis promanarit. Verum ergo & æquum est, omnia quæ imperas, facere me debere, & dum id quod exigis facio. Faciam id in bono. Per Te est, quod edocear, quod sciam, sic mihi faciendum esse quod pos-

F 7

sum



134 *Notitia Divina Gratia,*  
sum facere, quod facio. Om-  
nia Tibi debentur quæ Te me-  
cum & pro me in partes veni-  
ente sub Te mihi duce, do  
effecta.

LII.

Ecquis eorum quos justissi-  
ma tenet condemnatio, queri-  
moniam aliam, omnino ullam  
instituat, quam non suis culpis  
deputet, suis assignet crimini-  
bus? Ecquis est quem non sua-  
met ipsius peccata, jam tum à  
primâ origine condemnent?  
Quemnam Tu Deus, esse vo-  
luisti vas electionis tuæ, nisi cui  
quam optimè velles! Jamne  
non debeatur illa infinitæ tuæ  
Sapientiæ, & secundum illam  
judiciis tuis non perscrutabili-  
bus? Tui arbitrii est, pro tuo  
bene-

& nos  
benep  
dispo  
benep  
sibi c  
sum su  
Ut ut  
atque  
ni inv  
& à ta  
mus,  
issima  
velles  
ducta  
res, e  
tinus  
atque  
diviti  
Dei: e  
sunt j  
les vi  
novit



benepiacito eligere, ordinare,  
disponere, definire. Tibi quæ  
benepiacent, quæ determinas,  
sibi convenientia quaquaver-  
sum sunt, utilia, sancta, perfecta.  
Ut ut vel omnes & singulos uni  
atque eidemque condemnatio-  
ni involveres, esses justissimus,  
& à tali quoque sententia opti-  
mus, consummatio is perfecti-  
ssimæ. Si quæcunque creasti  
velles perdita, ad nihilum re-  
ducta, si alia creare velles, crea-  
res, esset id, mi Domine, pro-  
tinus omne quam sanctissimum  
atque optimum. O altitudo  
divitiarum sapientiæ & scientiæ  
Dei: quàm incomprehensibilia  
sunt judicia ejus, & investigabi-  
les viæ ejus? Quis enim cog-  
novit sensum Domini, aut quis  
ei



136 *Notitia Divinae Gratia,*  
ei Consiliarius fuit? aut quis  
prior dedit illi & retribuetur  
illi? Quoniam ex ipso, & per  
ipsum, & in ipso sunt omnia,  
ipsi gloria in sæcula. Non pe-  
netrat hæc homo, animans ig-  
norantiæ plenum, miserum, &  
quod ipsiusmet sui habeat no-  
titiã, nedum ut agnoscat quæ  
& quanta ipsum circumcingant,  
qualia communicentur: quod  
nec ea quæ intus & in se habet  
capit, nec quæ circa, extra, in-  
fra, supra se sunt. Secreta tua  
& judiciorum profundissima  
quomodo sit ut humana pru-  
dentia, quæ crassissimis igno-  
rantia tenebris est obseptissi-  
ma, pervestigari à se posse præ-  
sumat? Fortean hæc magis  
ipsum magis concernere, quàm  
per-

*& nost*  
pervide  
tuum  
quod e  
est futu  
omnia  
jam an  
donata  
tur, T  
tuæ sun  
profite  
manci  
reculis  
res &  
Cogita  
ne, nil  
as per  
perdit

Qu  
tur, si  
pende



pervidere, quàm agnoscere, tuum id omne esse quod fuit, quod est, quodque in æternum est futurum? Quam fateri, quod omnia quæ Tibi tribuuntur, jam ante sunt ei, ut dari possint, donata, & quando id ei donatur, Tibi ut serviat, faciat quæ tuæ sunt voluntatis, humillimè profiteri teneatur Tibi, esse se mancipium inutile, & quod de reclusis suis nihil ei præter errores & sphalmata sit residui. Cogitandum mihi, mi Domine, nihil à me quod non sit suas per misérias & noxas quam perditissimum posse proficisci.

LIII.

Quàm male mecum ageretur, si mea à me uno salus dependeret! Quàm, si solus, si  
abf-



138 *Notitia Divina Gratia,*  
absque Te, mi Domine, tenerer  
esse fortunæ meæ faber? Quàm,  
si filius esse deberem mearum  
manuum, operum meorum! Si  
me, qui miseriarum mearum  
sum architectus, ad me unum  
tanquam ad medelæ meæ auto-  
rem unicum cogerer respecta-  
re! Quàm, si me unum habere  
salutis meæ principium, medi-  
um, finem! Tu, mi Deus,  
Creator, Redemptor, Salvator,  
mihi, tua Pietas, Clementia,  
Misericordia, tuus Sanguis,  
Mors tua, Crux quam subiisti,  
principium, medium, finis, sal-  
vationis meæ sunt. Quæcum-  
que ago, eligo, admitto, am-  
plector, struo, omnia in om-  
nibus, per omnia debeo Crea-  
tori meo, Autori, Redemptori,  
ani-

*Græost v*  
animar  
meo. I  
fumma  
meum,  
lorum  
Tu gra  
Domini  
rum, &  
cum fil  
das ipsi  
rant, t  
& cum  
negotia  
putum  
tua for  
igis, &  
ta, cum  
quam f  
in sol  
ne, su  
manu



*Ernesti rarum Calamitarum.* 139  
animarum Sospitatori, Deo  
meo. Ipse bonorum meorum  
summa fors est, Ipse scutum  
meum, Ipse protector, & ma-  
lorum meorum expugnator.  
Tu gratiosissime, liberalissime  
Domine, ludis in orbe terra-  
rum, & deliciae tuae sunt, esse  
cum filiis hominum. Tu prior  
das ipsis, quae Tibi exinde offe-  
rant, tuaeque aeternae charitati:  
& cum tota fors sit tua, dicis,  
negotiamini dum venio. Com-  
putum de illa tanquam si non  
tua foret, sed aliena à nobis ex-  
igis, & quae departitus es talen-  
ta, cum sint ea tua, nostra tan-  
quam si essent, assignas nobis  
in solutum. Tua, mi Domi-  
ne, sunt omnia, & quae de  
manu tuâ accepimus, dedimus  
Tibi



140 *Notitia Divina Gratia,*  
Tibi. Das nobis præmia de  
tuâ sorte, das ex eadem, tan-  
quam si solveres usuras. In Te  
metipso divitiarum nostrarum,  
eorumque, quæ nobis fers,  
auxiliorum reponis fundamen-  
ta. Scis bone, nobis absque  
Te neque opem esse nec opes,  
& si nobis relinquamur, non  
posse, non esse quàm perditis-  
simos, quàm miserrimos.

L I V.

Fœlicem ô verè Providentiæ  
tuæ dispensationem! ô pro-  
fundam Sipientiæ vestræ in-  
comprehensibilitatem! qui cum  
nullo se tutari, cui inniteretur  
salus nostra, posset tibi sine nul-  
lis sibi ipsi quæ sufficeret fulcire,  
munimentis, nullum à partibus  
jus, nullam in sui patrocinium  
pro-

*Et nostram*  
proferre  
cujus cre-  
tum, T  
mo pare  
mam pi  
me Don  
nostræ  
bile, im  
fundame  
mensa t  
rens &  
excelsio  
voluit,  
rum acc  
veri, c  
cum pe  
mea, id  
Te situ  
perdere  
id suffi  
benignè



*Et nostrarum Calamitatum.* 141  
proferre justitiam, nullum ali-  
cujus creaturæ pro nobis meri-  
tum, Te tamen ipsum justissi-  
mo parenti pro nobis in victi-  
mam piacularem Clementissi-  
me Domine obtulisti in salutis  
nostræ incunctabile, immuta-  
bile, immobile, atque æternum  
fundamentum, quod ipsum im-  
mensa tua Bonitas, tua fine ca-  
rens & omnibus operibus tuis  
excelsior Misericordia tale esse  
voluit, sanxit ut per nulla re-  
rum accidentia alterari, remo-  
veri, convelli posset. Ergo  
cum pereo, est ex me perditio  
mea, id ipsum volente; at in uno  
Te situm est, ut me nec possim  
perdere, Te mihi vires quæ in  
id sufficiant, per tuam Gratiam,  
benignè suppeditante. Ista tua,  
mi



142 *Notitia Divinae Gratiae,*  
mi Domine, Misericordia, tua  
ista Virtus, tua in quam actus  
fuiſti, Crux illa, & pro meis  
quidem delictis, tua illa Vita,  
quam, meas tua Morſe noxas  
ut expiaret, poſuiſti: Morſ illa  
tua, quæ vitam mihi dedit, quæ  
ſalutem, fundamentum illius eſt  
Gratiæ, quâ me donatum vo-  
luſti: ea ipſa nec id eſſet quod  
eſt, nec potens, ſi quid eam  
Bonitas tua, Misericordia, to-  
tam non efformarent. Perfecta  
non eſſet Redemptionis Gratiæ,  
ſi eam non ſolidaffes, firmaffes,  
obſignaffes, per Morſem tuam,  
tuos per Sudores, & Sacri tui  
Sanguinis profluvia: irrigare  
corda noſtra quæ redemiſti,  
non poſſes, niſi ea Sanguis &  
Aqua eſt tuo; quæ latere ebulliit,  
tuam

*Et no,*  
tuam  
meſta  
Majeſt  
emun  
am a  
cum  
jam t  
poſſe  
nobis  
amnu  
trem  
quoq  
infirm  
quid  
ſciren  
rabili  
Noſt  
nobis  
nos a  
mè, &  
ſcire,



*Gratiam nostrarum Calamitatum.* 143  
tuam per charitatem non hu-  
meclaret, & ab omnibus in tuā  
Majestatem commissis nostris  
emundaret. Gratiam illam tu-  
am abs Te precibus nostris  
cum impetramus; Tu nos in id  
jam tum prævenisti, orare ut  
possemus, fecisti; preces pro  
nobis in hortulo & in ipsa eti-  
amnum Cruce fudisti ad Pa-  
trem tuum, & per Te nostrum  
quoque. Tuus Spiritus adjuvit  
infirmiorem nostram, dum  
quid orandum nobis esset, non  
sciremus, & gemitibus inenar-  
rabilibus pro nobis postulavit.  
Nostrum est, ut cum tantam  
nobis elargiris Gratiam, Tibi  
nos affundamus quam humilli-  
mè, & in omnibus quæ agimus,  
scire, agnoscere debemus, agere  
nos



144 *Notitia Divinae Gratiae,*  
nos id ope ac beneficio Gratiae  
à tuâ nobis omne manu  
proficisci. Ut ut enim certum  
esset per tuam id nobis Grati-  
am cedere in quaecunque me-  
ritum, cum & quod per illam  
operamur, debetur tamen id  
omne solis meritis tuis, debetur  
pœnis, quas in Te recepisti,  
debetur tuis quos pro nobis  
exantlasti laboribus. Ipsa illa  
quanta quanta est gratia, debe-  
tur Gratiae tuæ.

LV.

Quid habes quod non acce-  
pisti: sin autem accepisti, quid  
gloriarie quasi non acceperis?  
Verba sunt mi Domine, vasis  
Tibi electi, Gentium Apostoli  
Pauli. Poscimus quidem nos,  
sed elargiris Tu nobis, quæ  
pos-

& nostri  
poscam  
Te im  
agimus  
antecer  
fluente  
mur,  
Si quæ  
quæ su  
decet,  
Et eras  
pro no  
sustine  
nostri,  
apud T  
sum ap  
ut quo  
terraru  
sine T  
possent  
cedenti  
hoc ips



*et nostrarum Calamitatum.* 145  
poscamus. Desideramus, sed  
Te impellente. In desideranda  
agimus, Te præcipuè atque in  
anteceffum in opera nostra in-  
fluente. Quæ nobis promere-  
mur, sunt meriti non nisi tui,  
Si quæ sustinemus, Tu das, ut  
quæ sustinemus rectè atque uti  
decet, possint à nobis sustineri.  
Et eras ad hæc jam ante passus  
pro nobis, & mala pro nobis  
sustinendo promerueras, ut &  
nostri, in illis sustineremus, sua  
apud Te foret ratio. Est id ip-  
sum apertissimum. Namque ut  
ut quotquot mortalium orbis  
terrarum habet concurrat, nihil  
sine Te, nihil sine Gratiâ tuâ  
possent mereri, nihil, non præ-  
cedentibus meritis tuis; imo nec  
hoc ipsum quidem quod me-

G

re-



146 *Notitia Divina Gratia,*  
rerentur vel tantillum. Totum  
tui est muneris, totum Gratia,  
totum Bonitatis, quod saltem  
id per Te possint.

LVI.

Hoc ipsum quoque, mi Do-  
mine, benignè nobis annue, ut  
plenè sciamus ac planè, quæ  
Tibi debeamus, ac quanta : ut  
noscamus nos ipsos. Quò ad  
Te convertamur, nos converte.  
Efficacem ad hoc validamque  
nobis potentiam esse velis. Vi-  
am justificationum tuarum do-  
ce nos, & erudiamur in mirabi-  
libus tuis. Operibus nostris in-  
cumbamus vegeti, dum in Tuã  
identidem Crucem oculos ha-  
bemus fixos : dum labores su-  
doresque tuos attendimus, la-  
boremus, sudemus, feramur ad  
imi-

& no  
imita  
gressi  
quam  
as inf  
admo  
ductu  
fac, h  
mitus  
audia  
diant  
nitent  
lisque  
illum  
quem  
Gemi  
nobis  
sentia  
tia ne  
nituri  
se ani  
maru



*& nostrarum Calamitatum.* 147  
imitationem Tui: tua nos ante-  
gressi preinamus vestigia. N  
quam nos à Sanctis qui per tu-  
as inspirationes animis nostris  
admoventur impulsibus, sub-  
ductum nos eamus. Percipiant,  
fac, hauriant corda nostra, ge-  
mitus tuos illos, audiant voces,  
audiant clamores, quos ut au-  
diant, totus cupis. Agere pœ-  
nitentiam volupe sit nobis, ma-  
lisque nostris illachrymare, &  
illum quoque ad modum, ad  
quem fieri nobis illud exigis.  
Gemitus columbulæ tuæ fiat  
nobis, & tuâ cum turture ad ab-  
sentiam Bonitatis & Clemen-  
tiæ necnon & Gloriæ tuæ, mi-  
niturentes quiritemur. Pascant  
se animæ nostræ pane lachry-  
marum & doloris. Sana Do-  
G 2 mi-



148 *Notitia Divinae Gratia,*  
mine nos & sanabimur, salvos  
nos fac, & salvabimur, quoniam  
Tu Domine laus es nostra. In  
tentationibus succurre, præsto  
fit nobis auxilium tuum, cum  
proni in faciem cecidimus, ter-  
ram nos ultra mordere, ne ve-  
lis, quidquid elati in nobis est  
Spiritus, deprime. Fac humiles  
ex superbis. Videant per Te  
oculi nostri, pulsas tenebris ad  
Te vigilent. Nullum corda  
nostra exhinc, Te tuos ignes  
sufficiente, adurat frigus. Red-  
de dies antiquos, quales dede-  
ras à principio, idque ut per in-  
ditam pectoribus nostris à Te  
pœnitentiam, Tibi quæ placeat,  
fac consequamur. Habeat illa  
à Te tuâque Clementia prin-  
cipium suum, nec ullatenus per-  
mit-

mitt  
sibi  
attri  
Gra  
anim  
oper  
quid  
debe  
quid  
Hum  
supp  
Tibi  
abs  
ma d  
ne, S  
res n

Fa  
Te d  
gro sp  
omne



*Gratiae nostrarum Calamitatum.* 149  
mitte, illam stulta praesumptione  
sibi viribusque suis mens non  
attribuat; cum non nisi uni tuæ  
Gratiæ debeatur. Absit ut in  
animos nostros inducamus,  
operari quippiam, nisi sub Te,  
quid nos posse; qui totos nos  
debemus non nisi Tibi. Quid-  
quid hic vani est, è nobis erue.  
Humillimi Te ut deveneremur,  
supplicemus, effice. Totos nos  
Tibi ut resignemus, addamus,  
abs Te da consequi, à plenissi-  
ma denique nostri abnegatio-  
ne, Sanctitatis tuæ radiis illust-  
res nos redde.

LVII.

Fac Domine, toto pectore  
Te diligam, totâ animâ, inte-  
gro spiritu, totis viribus; huc se  
omnes animæ meæ facultates

G 3

quid-



150 *Notitia Divina Gratia,*  
quidquid meorum est sensuum,  
Grant. Unica mihi sit in Te  
fiducia, spes unica. Effice ut  
peccatis, mundo, carni, dæmo-  
ni ubi repudium misero, sua si-  
bi habere jussero, Tibi me uni  
totum sincerè dedam & tran-  
scribam. Quidquid sic à me fi-  
et, id Tu quoque & perfectum  
esse velis & in æternæ perseve-  
rantia constantiam exire.

LVIII.

Nequeo me bone JESU,  
Salvator meus, Tibi tradere,  
nisi Te mihi prior tradideris.  
Placere nec possim, nisi per  
quæ placeam, jam tum ante à  
Te consecutus fuerim. Qua  
placebo, nec satagam, nisi per  
Te sit mihi facultas satagendi.  
Abdicare me à memet ipso, Te

sequ  
à me  
deris  
in an  
sequ  
me  
est u  
man  
Quo  
pos  
opu  
tine  
meu  
que  
deris  
hære  
æter  
lacu  
hoc  
ar,  
Cæl



*de nostrarum Calamitatum.* 151  
sequi nequeo, nisi Tu me prior  
à memet ipso segregem red-  
deris. Ut merear à Te suscipi,  
in antecessum est ut à Te con-  
sequar mereri quod possim. Ut  
me Tibi offerre possim, necesse  
est ut jam ante id à benificentia  
manuum tuarum obtinuerim.  
Quo conferri Tibi à me ulla  
possint, Tu mihi ut contuleris,  
opus habeo. Quo Te mihi at-  
tineam, habeam, possideam,  
meus jam antea ut fueris me-  
que tenueris, habueris, posse-  
deris decet, qui sum Domine  
hæreditas tua, tua possessio,  
æternique tui Domini quotu-  
lacumque pars. Da in exilio  
hoc in terris meo à Te attine-  
ar, quo beatificâ visione tuâ  
Cælesti in Patria mea lætus  
fru-



152 *Notitia Divinae Gratia, &c.*  
fruar. Tu me, Bone, his in  
is totum habe & juris tui,  
quo supra in Cælis æternùm  
laudem; & cum Seraphim &  
Cherubim incessabili voce  
proclamem, SANCTUS,  
SANCTUS, SANCTUS,  
DOMINUS DEUS ZE-  
BAOTH, pleni sunt Cæli &  
Terræ Majestatis & Gloriae  
ejus. *Fiat, fiat,*

FINIS

